


LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LET THERE BE LIGHT
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
ORGANIZED 1868
JANE K. SATHER
LIBRARY FUND.
ACCESSION 751 pv
CLASS F895


LIBRARY
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LET THERE BE LIGHT
UNIVERSITY OF CALIFORNIA
ORGANIZED 1868
JANE K. SATHER
LIBRARY FUND.
ACCESSION 751 pv
CLASS F895

Wissenschaftliche Beigabe

zum

Programm des Königlichen Andreas-Realgymnasiums

zu

Hildesheim.

Ostern 1897.

DE ANONYMI ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ SVBLIMI GENERE DICENDI.

Scripsit

Joannes Freytag, Dr.



Hildesheim.
Druck von Gebr. Gerstenberg.
1897.

1897. Pr.-Nr. 341.



In numero librorum qui ab antiquis sine nominibus auctorum nobis traditi sunt, ille summa laude est dignus qui contra Caecilium rhetorem de sublimitate scriptus est. In eius libelli auctore nescias quid magis admirere, acumen ingenii quod in explicandis quinque sublimitatis causis praestet an exemplorum quae ad sententias firmandas et illustrandas adferat delectum sollertiamque iudicandi quam in illis scriptorum locis tractandis adhibeat.

Iam negari quidem non potest qui sublimes de sublimitate sententias proferat eundem sublimi oratione eas exprimere necesse non esse; tamen, antequam probatum sit rem aliter se habere, non est quod de talis auctoris artificioso genere dicendi dubitemus, immo in eam sententiam facile inducimur ut putemus auctorem talis libelli ipsum sublimes sententias verbis sublimibus expressisse atque ipso libello exemplum sublimitatis prodidisse. Quae cum ita sint, non alienum videtur quaerere num ignotus ille scriptor libelli qui est de sublimitate praecepta quae de sublimi genere dicendi dedit ipso libro secutus sit.

Quam quaestionem optime ita instituemus ut primum anquiramus num scriptor animum suum ad magnitudinem provexerit, deinde qualem adfectum inter scribendum ostenderit, tum quibus figuris et verborum et sententiarum orationem exornaverit, post qua ratione elocutionem dignam reddiderit, denique quibus compositionis formis usus sit. Eo enim ordine scriptor praecepta de sublimitate dat (VIII, 1).[1]) Qua in re tractanda dissertationis fines nonnullis locis proferemus, quibus statuendum erit auctorem praecepta sublimitatis secutum esse quae, cum singula quaevis recensere nollet, ipse non tradidit.

---

[1]) Talibus numerorum signis capita et paragraphi libelli indicantur.

I.

Ac primum quidem videamus num auctor praeceptum quo oratores monet ut animum ad sublimitatem tollant magnisque sententiis gravidum reddant ipse secutus sit. Sublimitatem enim magnitudini animi respondere (12, 12)[1] nec posse verum oratorem humili esse animo dicit. Qui servilem animum praebeant eos nunquam vere magni quicquam proferre, cum eorum orationes magnae sint qui animos suos magnis sententiis compleverint (12, 17). Scriptorem autem non humilem animum in iudicandis rebus humanis praestitisse ex compluribus locis facilė cognoscitur. Velut primo capite illam vocem Pythagorae laudat qui quaerenti quid diis simile haberemus veracitatem et beneficientiam responderit (2, 12). Itaque cum auctor animum benevolum et verum tanti aestimet, licebit saltem concludere ipsum benevolum et verum fuisse. Quae virtutes quamquam non necessario cum sublimitate coniunctae sunt, tamen sublimis animi imaginem perfectiorem reddunt.

Divitias autem vel eius modi bona quae a multis animi bonis praeferuntur illum omnino aliena a se putavisse ex alio loco intellegitur. Septimi enim capitis initio pulchris verbis dicit divitias honorem gloriam alia homini vere philosopho non praeclara bona videri, immo digna quae neglegantur et contemnantur. Maxime eos admirandos esse qui divitias et honores habere possint, sed propter magnitudinem animi pro nihilo ducant. Quam divitiarum et aliorum bonorum contemptionem egregium in modum illa allegoria ostendit quam fere in fine totius libelli posuit (68, 5). Ibi enim depingitur, quomodo omnis generis vitia ex cupiditate habendi cum studio voluptatis coniuncta nascantur. Neque vero ea sola allegoria egregia, sed totum illud caput sententiis auctoris mentem moresque illustrantibus et dignis quae accuratius examinentur refertum est. Philosophus inducitur quaerens quidnam causae sit cur sua aetate non pauci quidem

[1]) Talibus numerorum signis paginae et versus exemplaris Vahleniani a. MDCCCLXXXVII. editi indicantur.

oratores persuadendi et publice dicendi periti neque argute, acute, iucunde loquendi ignari exstiterint, sublimis vero excelsusque nemo. Mea sententia ille philosophus ipse auctor est sub eiusque persona nobiscum communicat quid de suis temporibus sentiat. Itaque sententias quas auctor philosophum pronuntiantem facit ipsi attribuo, quippe qui imperatorum Romanorum sub dominatu antiquam libertatem laudare ausus non sit. Philosophus autem ex auctore quaerit, maioresne liberae rei publicae temporibus oratores exstiterint, quorum genus post libertatis interitum exstinctum sit. Liberam rem publicam oratoribus summae utilitati dicit esse, quia libertate alti sensus alantur atque ad aemulationem aliorum excitentur. Hoc igitur loco scriptor laudatorem liberae rei publicae se ostendit, qui rerum publicarum modus veteribus temporibus semper fere omnium optimus habitus est solusque hominibus altis animis praeditis placere potuit. At servitutem suae aetatis acerbe castigat. Ab incunabulis homines suorum temporum servituti adsuescere et, cum nemo servus verus orator fieri possit, omnes adulatores esse. Deinde servitutem cum arcis confert quibus Pygmaei vel nani alantur et mutilentur. Servitutem enim arcam et communem carcerem esse animosque ea prorsus depravari. Quis negaverit ea philosophi verba magni animi testimonia esse? Itaque si concedetur sub philosophi persona Pseudo-Longinum latere, etiam concedendum erit eius animum in altis et sublimibus sententiis versari.

Hic quaerat quispiam cur sublimitatis interpres[1]), cum tali animo qualem modo descripsimus praeditus sit illius capitis in fine dicat sua quidem sententia suae aetatis hominibus servitutem libertate multo salubriorem esse (69, 14).

Nam iis verbis contrarium eorum quae supra sub philosophi persona dixerat videtur exprimere. Cui quaerenti respondendum est, quamquam profecto aliquis in iis verbis haerere possit, tamen ea facilia ad explicandum esse. Auctor enim,

[1]) Vahleni verbis utor quibus auctor a viro doctissimo denotatur (ind. lect. Berol. hib. a. MDCCCLXXX, p. 17, v. 21).

postquam, qua est rerum humanarum peritia, facile et hominum proprium esse dixit praesentia vituperare, contendit non pace quae toto orbe terrarum sit, sed magna cupiditate habendi magnoque voluptatis amore hominum et oratorum animos corrumpi. Tum ostendit, quomodo istis vitiis atque iis quae ea sequantur, omnium animi corrumpantur, ut in tam pestifera vitae pernicie liber iudex et incorruptus vix etiam reperiatur (69, 11). Quae cum ita sint suae aetatis hominibus servitutem multo meliorem esse libertate. Profecto ea verba non adulatoris sunt, non eius qui libenter rem publicam ab imperatore administrari patiatur, verum eius qui, cum intellegat suae aetatis homines libera re publica non etiam dignos esse, servitutem ab imperatoribus impositam adprobet, utpote in quae non omnia vitia per orbem terrarum vagentur.

Ea est mea illius loci interpretatio. Aliam explicationem Birtius mecum communicavit, qui dicit philosophum inductum esse, quia questus de amissa libertate esset habendus. Id auctori, quem hominem Graecum[1]) nec civitate Romana praeditum fuisse suspicemur, facere non licuisse. Itaque cum tales questus nisi a cive Romano proferri non potuerint, veri simile esse hominem Romanum nobili genere ortum nec fortasse Terentiano ignotum illis verbis denotari.

Iam si Birtium sequemur, num auctorem sublimes sententias excoluisse negabimus? Minime. Magnanimitatis testimonium etiam tum manebit, si alterius philosophi iudicium libere exposuit.

In fine autem multorum verborum quae de illo loco fecimus unam rem observemus. Potest enim aliqua sublimitas, non animi, sed sententiarum, in eo inveniri quod philosophus de politica servitute queritur, cum auctor de servitute libidinum loquatur novaque sublimitate illum vincat.

Verum scriptoris animi magnitudo non solum ex illis philosophiae sententiis quae ad vitam bene agendam pertinent, sed etiam ex alia sententiarum serie intellegitur, quae de

---

[1]) 24, 21 ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν.

ipsa magnitudine animi et de sublimitate orationis agunt et quomodo in talem animi statum pervenire possimus ostendunt. Quas si quis examinaverit, aliquam magnitudinem ex iis elucere solumque eum qui magno animo sit talia scribere posse certe concedet. Id autem auctor vere magnum esse dicit (10, 10) quod, quo diutius consideretur, eo difficilius atque adeo omnino non ex animo dimitti possit; eius memoriam indelebilem et pertinacem esse; illam esse veram sublimitatem quae et semper et omnibus probetur. Quae sententiae quamquam primo loco de sublimitate orationis dictae sunt, nihil tamen impedit quominus etiam ad animi magnitudinem referantur.

Quantopere autem animi nostri sublimibus magnisque rebus et sententiis delectentur et efferantur et quantum gaudium ex iis capiant, pulchris verbis ab anonymo exponitur. Cum negari non possit — ita fere ratiocinatur (55, 7) — esse scriptores qui diligentia in multis rebus neglecta magna consecuti sint et magni aestimentur, eos id spectavisse dicit naturam, quae nos humilia et ignobilia animalia esse noluerit, mentibus nostris invictum omnis magnitudinis studium insevisse. Neque igitur universum mundum homini sufficere, verum saepe eius mentem extra mundi terminos egredi. Neminem si quis omnem vitam circumspiciat fugere posse nos ad magna natos esse. Admirationem nostram non parvis rebus, sed magnis commoveri. Quam ob rem non parva flumina quamvis pellucida sint et utilia, sed Nilum, Istrum, Rhenum, ante omnia Oceanum admirabilia nobis videri; minusque mentem nostram parva flamma a nobis accensa quam aeternis caeli sideribus concitari aut Aetnae crateribus, ex quibus rupes et integri colles eiciantur et interdum flumina ignis terrigenae profluant. Itaque, quod ad sublimitatem attineat, primum omnes illos viros quamquam vitiis immunes non fuerint tamen omnem modum humanum excessisse, deinde aliis rebus humanam naturam eorum qui iis utantur facile ostendi, cum qui sublimitati studeant ad deorum magnitudinem efferantur, denique cum immunitas vitiorum a vituperatione libera sit, magnitudine admirationem effici. Neque

ea quae Homerus Demosthenes Plato magna protulerint cunctis eorum vitiis imminui, sed eorum gloriam sempiternam fore.

Profecto verum philosophum se ostendit cum magnorum ingeniorum vitia quamquam ea non ignorat clementi animo excusat (51, 1). Dicit enim, cum summa diligentia in omnibus rebus minuta videatur, in magnitudine ingenii quoque, ut in copiosa re familiari, quaedam neglegenda esse. Neque id a philosopho vitam humanam accurate observante abest, quod parva aut mediocria ingenia, quia nusquam se periculo committant neque alta petant, plerumque a peccatis libera et a lapsu tuta esse dicit, cum magna ingenia propter ipsam magnitudinem ad lapsum proclivia sint (51, 4). Ita mea quidem sententia nisi qui animo magno praeditus est iudicare nequit. Tam bene vitam hominum eorumque mores observat, ut eum non fugiat, quicquid homines faciant, id facilius animadverti et sempiternae fere memoriae committi, si vitiosum sit, cum virtutes facile et celeriter in oblivionem veniant (51, 9). Cum tantae animi liberalitati concedens omnibus magnis viris vitia condonet, ea quoque in quibus magni poetae vel oratores vel rerum scriptores erraverunt neglegit ad solamque sententiarum magnitudinem spectat. Velut Homerum Apollonio quem nusquam lapsum esse dicit longe anteponit, velut Eratostheni Archilochum, Pindarum Bacchylidi, Sophoclem Ioni Chio praefert, velut Demosthenem Hyperidi et Platonem Lysiae praeponit (51, 12). Quis negaverit eum magnorum virorum delectum eius animi esse qui ad summam magnitudinem et sublimitatem provectus sit?

Nec minus bene eius animi magnitudo ex iis cognoscitur quae identidem de imitatione magnorum virorum dicit. Eos qui magnos scriptores aemulentur cum Pythia comparat, quae vi divina gravida oracula fundat (25, 26). Non solum Homerum dicit sibi Herodotum ad imitandum proposuisse, sed multo ante eum Stesichorum et Archilochum; omnium maxime vero Platonem eum imitatum esse, qui ex Homerico flumine multos rivos in se derivaverit. Quid quod sublimitatis interpreti usquequaque specimen est Plato, quocum ipse, memor

verborum quae Hesiodus de fructuosa contentione fecit, certamen de principatu omnibus viribus ingreditur quod inter Platonem et Homerum fuisse ipse dicit (26, 15).

Gravissima vero et consideratione dignissima sunt quae auctor praeterea de imitatione magnorum scriptorum dicit. Monet nos (27, 1) ut inter scribendum animo fingamus, quomodo Homerum aut Platonem aut Demosthenem aut Thucydidem ea quae scribamus expressuros fuisse putemus. Maiori utilitati eam considerationem fore qua interrogaturi simus, quo animo Homerus Demosthenes alii, si adessent, nostra verba audituri essent. Ad summam vero absolutionem et perfectionem nos venturos esse, si cogitaturi simus, quo animo posteri ea quae prodiderimus lecturi sint.

Quibus praeceptis non modo subtilem, qui se ipse noverit, verum etiam sublimem animum ostendi equidem non dubito contendere. Itaque huius partis dissertationis finem iam iis faciam ut dicam sublimitatis interpretem animum ad veram magnitudinem provexisse praeceptaque quae primo loco de sublimitate dederit, ipsum optime secutum esse.

II.

Proximum sublimitatis fontem Pseudo-Longinus vehementem atque incitatum adfectum esse dicit. Sunt qui putent eum fontem in eo libello de quo agimus omnino non tractatum esse, sed auctorem alio libro in eam rem inquisivisse. Quibus equidem assentiri non possum, sed Vahleni indices marginales quos in editione posuit secutus eius capitis initium quidem cum duobus Parisini foliis amissum, reliquam vero partem conservatam esse puto. Quod caput tres partes videtur continuisse, unam de diversis adfectus generibus, alteram de imitatione magnorum virorum, tertiam de phantasia.

Ac primae quidem partis sententiis quae etiam restant duo adfectuum genera inter se opponuntur, cum de Ciceroniana latitudine et de magnitudine Demosthenica et cui quaeque loco apta sit agatur. Cum autem haec secundum scriptorem ad vim rebus addendam et auditorem obstupefaciendum accommodata sit, Ciceronianae latitudini locus est

ubi aliquid copiose et cum ornatu dicendum est, in narrationibus disputationibus communibus locis.

Iam dubium esse non potest quin disputationi quam anonymus de sublimitate instituit sola illa Ciceroniana latitudo apta sit; non vehemens et incitata magnitudo Demosthenis. Et re vera eam toto libro reperimus, id quod ex extrema disputationis nostrae parte elucebit. Id unum addamus Vahlenum, qui librum optime cognovit, identidem in dissertatione quam prooemiandi occasione usus a. MDCCCLXXX. de auctore scripsit, eius abundantiam in condenda oratione et patulum ac diffusum scribendi genus commemorare. Tantum etiam abest ut Pseudo-Longinus illam Ciceronianam latitudinem prae Demosthenis magnitudine genus sublimitatis non agnoscat, ut exemplo e Platone petito, ubi is instar fluminis fuso dicendi genere piacide profluit, demonstret eo genere sublimes sententias bene exprimi (25, 10). Iam supra autem auctoris imitationem Platonis ostendimus tantamque saepe eius sententiarum magnitudinem esse vidimus ut sine ulla dubitatione cum Platonis comparari possint. Solet adfectu abripi ibi maxime, ubi scriptorum sublimes locos interpretatur. Ergo sublimitatis interpres quamquam vel quia non Demosthenis vehementem et incitatum adfectum, sed quandam Ciceronianam et Platonicam latitudinem disputationi aptam ostendit, inter sublimes auctores numerandus est.

De reliquis duabus huius capitis partibus tot verbis opus non est, quoniam illud quod de imitatione magnorum virorum exponit, iam in priore disputationis parte tractavimus, phantasiis autem, quales apud poetas et interdum apud oratores exstant, in disputatione quae de sublimitate agit locus non est.

III.

Figurarum — ut ad illum tertium sublimitatis fontem veniamus — disputatione, quippe quae longa et adeo infinita esset, ab auctore non omnino absoluta nos eam quaestionem ita instituimus ut graviores figuras libelli colligeremus et certa quadam ratione in ordinem redigeremus. Cum autem non ignoremus neque a nobis totam materiam effusam esse,

tamen tantum figurarum numerum ostendisse nobis videmur, ut, si figurae ad orationis sublimitatem valent, propter earum frequentiam scriptorem in sublimibus numerandum esse auctoribus pro certo habeamus.

Ac primum quidem de verborum figuris loquentes inter eas discerimus quae in adimenda aut augenda et amplificanda verborum coniunctione et eas quae in verbis transponendis positae sunt. Itaque primo loco ad asyndeton vel dissolutionem accedamus. Ea figura scriptor saepe utitur. Ex quibus locis duo etiam in antithesibus tractandis nobis occurrent, cum in binis substantivis et verbis sine coniunctione positis etiam antithesis figura inveniatur. Sunt autem hi loci:

21, 3 οὐ θαυμάζεις, ὡς [Σαπφὼ] ὑπὸ τὸ αὐτὸ τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς τὴν γλῶσσαν τὰς ὄψεις τὴν χρόαν — ἐπιζητεῖ; 21, 5 [Σαπφὼ] καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμαψύχεται κάεται, ἀλογιστεῖ φρονεῖ.

Reliqua, in quibus nihil memorabile inest, eo ordine adferemus quo in libro exstant:

10, 14 τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων βίων ζήλων ἡλικιῶν λόγων; 11, 13 οἶκτοι λῦπαι φόβοι 15, 2 τραύματα θεῶν στάσεις τιμωρίας δάκρυα δεσμὰ πάθη πάμφυρτα; 24, 24 διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαστα, ἔτι δὲ τάχους ῥώμης δεινότητος οἷον καίειν eqs.; 33, 9 καὶ ταὐτὸν — ἅμα ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκέναι, παράδειγμα, ὅρκων πίστις, ἐγκώμιον, προτροπή; 33, 26 ὑπόνοιαν ἐνέδρας ἐπιβουλῆς παραλογισμοῦ; 33, 27 ὅταν ᾖ πρὸς κριτὴν κύριον ὁ λόγος, μάλιστα δὲ πρὸς τυράννους βασιλέας ἡγεμόνας; 36, 6 ἐρανίζῃ τὴν ἰσχὺν τὴν πειθὼ τὸ κάλλος. (Is locus ob eam quoque rem dignus est qui commemoretur, quod paulo ante de asyndetis dictum est, quorum exemplum iam ponit auctor.) 37, 16 τὰς λέξεις τὰς νοήσεις τὴν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ παντοίως πρὸς μυρίας τροπὰς ἐναλλάττουσι τάξιν; 38, 28 αἱ τῶν πτώσεων χρόνων προσώπων ἀριθμῶν γενῶν ἐναλλάξεις; 44, 16 μέγεθος ἅμα κάλλος εὐπίνειαν βάρος ἰσχὺν κράτος; 54, 11 ὑψηγορίας τόνον, ἔμψυχα πάθη, περιουσίαν, ἀγχίνοιαν, τάχος, ἔνθα δὴ κύριον, τὴν ἅπασιν ἀπρόσιτον δεινότητα καὶ δύναμιν; 56, 19 τὰ Ὁμήρου τὰ Δημοσθένους τὰ Πλάτωνος τῶν ἄλλων, ὅσοι δὴ eqs. (consideres quaeso scriptorem non τὰ τῶν ἄλλων sed solum τῶν ἄλλων scripsisse); 60, 11 ποικίλας κινοῦσαν ἰδέας ὀνομάτων νοήσεων πραγμάτων κάλλους εὐμελείας.

In verborum figuris quae in coniunctione enuntiationum omittenda positae sunt, anacoluthia numeratur, quam Pseudo-Longinus non videtur ad sublimitatem referre. Nec potest negari, si quis ea figura utatur, eum neglegentiae cuiusdam accusandum esse, cum sententias ante scribendum in certum ordinem non redegerit. Quamquam altera ex parte concedendum est saepe tantam esse sententiarum abundantiam, ut is qui scribit eo flumine abripiatur sententiasque ordine quo conceptae sunt ponat nec postea eum ordinem immutet, utpote qui illius sententiarum abundantiae perfectam imaginem praebeat. Itaque etiam anacoluthia videtur ad sublimitatem pertinere.

Cuius figurae pauca exempla apud Pseudo-Longinum inveniuntur. Et dubitare possumus, num 9, 22 omnino anacoluthia exstet. Ibi auctor dicere vult, ut in vita ea parva habenda sint quorum contemptus sit animi magni, ita etiam in orationibus multa quae non vere magna sint reicienda esse. Sed cum priori eius sententiae parti sententiam addat qua nonnullas ex illis parvis rebus adfert atque ei novam adnectat qua illos qui, quamquam divitias habere possint, tamen eas spernant, admirabiliores esse dicit iis qui eas habeant, obliviscitur quomodo enuntiationem instituerit ac nova enuntiatione sententias explicare pergit: Εἰδέναι χρή, φίλτατε, διότι, καθάπερ κἀν τῷ κοινῷ βίῳ οὐδὲν ὑπάρχει μέγα οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστιν μέγα, οἷον πλοῦτοι τιμαὶ δόξαι τυραννίδες καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν προστραγῳδούμενον οὐκ ἂν τῷγε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν οὐ μέτριον· θαυμάζουσι γοῦν τῶν ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας· τῇδέ που καὶ ἐπὶ τῶν διηρμένων ἐν ποιήμασι καὶ λόγοις ἐπισκεπτέον, μή τινα eqs. Alii eam anacoluthiam tollere conantur, cum inde a verbis θαυμάζουσι γοῦν eqs. usque ad ὑπερορῶντας parenthesim statuunt. Tum verba τῇδέ που καὶ ἐπὶ τῶν eqs., a διότι pendentia, cum verbis καθάπερ κἀν τῷ κοινῷ βίῳ eqs. congruunt, et una enuntiatio evadit, cuius membra ita inter se cohaerent, ut semel parenthesi interrumpantur. Verum tamen opinor numerum enuntiationum quae ante parenthesim leguntur tantum esse, ut animus in verbis τῇδέ που eqs. audiendis non etiam initii

totius sententiae meminerit, praesertim cum parenthesis interposita sit. Quae cum ita sint, anacoluthiam quam parenthesim statuere malo. Aliud exemplum 54, 7 est. Ibi auctor periodum ex enuntiatione secundaria, cui ἐπειδήπερ praemissum est, et primaria, cui διὰ τοῦτο praemitteretur, fingere in animo habuit. Sed cum, qua sententiarum abundantia est, secundariae sententiae magnum vocabulorum numerum adiunxerit, tam longe ab instituto orationis itinere recessit, ut se ad finem non perventurum esse arbitraretur, nisi ad initium reverteretur repetitaque ἐπειδὴ coniunctione novam viam sibi aperiret. Hic etiam duo illi loci commemorandi sunt quos Vahlenus in indice lectionum hibernarum Berolinensium a. MDCCCLXXX. (p. 4 et 5) eleganter tractavit. Equidem, cum illius philologiae antistitis ratiocinationem superare nequeam, eas partes quae huc spectant, ad verbum describere non dubito. Hoc igitur iudicium de altero (59, 18) facit: ‚In paucissima collata sententia haec est: οὐ γὰρ αὐλὸς μὲν ἐντίθησι πάθη, ἡ δὲ σύνθεσις οὐκ ἐντίθησιν vel τὴν σύνθεσιν οὐκ οἰόμεθα ἐντιθέναι. Sed — mutato dicendi modo in altera parte interrogatio cum conclusione inlata est, quo facto — negatio quae ad solam primam partem comprehensionis pertinere non potest, ab altera autem prorsus seiuncta est, non habe[a]t omnino quo referatur‘. De altero (69, 4) autem loco postquam dixit quomodo auctor cogitationem formavisset haec adfert: ‚Progrediente sermone a coepta ratione digressus alteram partem per interrogationem, conclusione etiam significata, extulit. Ita factum est ut negatio principio collocata quae utramque sententiam complecti debebat iam suo officio non fungatur et pendeat‘.

In eodem figurarum genere quo anacoluthia parenthesis[1]) reponi solet, quam Quintilianus interpositionem vel interclusio-

[1]) Roschattius in actis semin. philol. Erlang. (a. MDCCCLXXXIV, p. 189. sqq.) diligenter de parenthesium quae in orationibus et libris rhetoricis Ciceronis exstant usu egit. Quem secutus cum a. MDCCCLXXXVIII. Birtio monente sodalis semin. philol. Marpurg. parentheses quae apud Apollonium, Catullum, Vergilium, Ovidium (metam. 1. 2.) exstant collegissem et disposuissem, hac disserendi occasione usus etiam de Pseudo-Longini parenthesibus agere volui, quamquam, ne longus essem, paucas de iis observationes dedi.

nem dicit. Nec de ea anonymus loquitur; sed multum eum in eo genere esse Vahlenus monet (l. l. p. 4), et re vera viginti duae parentheses, quas quidem vir doctissimus in editione uncis incluserit, apud auctorem exstant. Nam quod 9, 27 verba θαυμάζουσι — ὑπερορῶντας parenthesim non statuit recte eum facere contendimus, quamquam de ea re potest dubitari. Neque est quod 52, 1 verba διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον cum Wilamowitzio uncis includamus. Nam quamquam negari non potest, si oratio ita ut Wilamowitzius vult distinguatur, totum sententiarum contextum ea sententia perturbari et parenthesim esse statuendam, tamen, si cum Vahleno distinxerimus, nihil erit in quo haereamus. Tum in media sententia τί δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ, ἆρα δὴ μείζων ποιητής; verba διὰ πάντων γάρ eqs. usque ad δύσκολον ponuntur. Constat autem saepe scriptores Graecos sententiam quae alius causam adderet ita in media illa sententia posuisse, ut γὰρ particulam ei insererent, quae uncorum munere fungeretur.

Idem de verbis 60, 21 dici potest, ubi inter priorem sententiae partem ἀλλ' εἰ καὶ μανία περὶ τῶν οὕτως ὁμολογουμένων διαπορεῖν et posteriorem ὑψηλόν γέ που δοκεῖ eqs. enuntiatio sine dubio parenthetica intercedit ἀποχρῶσα γὰρ ἡ πεῖρα πίστις, quam uncis includi necesse non est. Tertius locus ubi γὰρ tamquam pro uncis est capite decimo exstat, ubi 22, 2 haec leguntur: ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; ἓν γὰρ ἀπὸ πολλῶν λεγέσθω· ἐν δ' ἔπεσ' eqs.

Paucis verbis de duabus sententiis dicamus, quae parenthesim brevissimam efficiunt, ἐμοὶ δοκεῖ et μοὶ δοκεῖ, quae 24, 20 et 4, 10 exstant. Quis negaverit iis sententiarum tenorem interrumpi? Nec vero quisquam negaverit ea verba eodem iure quo δοκεῖ μοι, quod saepe apud veteres legitur, propter parvam sententiarum interruptionem sine ulla dubitatione in mediis comprehensionibus poni posse. Denique οἶμαι verbum quod 24, 27 legitur, utpote quo brevissima sententiae interruptio fiat, uncis includi non esse necesse nemo infitiabitur.

Postquam igitur de illis locis qui ad parenthesim significandam uncis carent, satis copiose egimus, restat ut nonnulla de reliquis 22 illis parenthesibus addamus, quamquam Vahlenus

in iis nihil memorabile esse praeterquam multitudinem in tanti moduli libello non iniuria dixit (l. l. p. 4). Cum vero parentheses ad eam comprehensionis partem quae praecedit aut ad eam quae sequitur referendae sint, tredecim mea quidem sententia praecedentis partis sententiam plenam reddunt, septem reliquae eius quae sequitur. Quarum illae his locis exstant: 16, 11; 21, 6; 23, 11; 23, 18; 25, 10; 29, 18; 36, 11; 37, 11; 38, 7; 54, 9; 54, 14; 57, 8; 66, 6; 69, 9; hae inveniuntur his locis: 15, 9; 17, 1; 24, 21; 35, 19; 43, 22; 57, 8; 57, 15. Deinde si quaeritur quae particulae illis parenthesibus praeponantur vel inmittantur, duae — 29, 18 et 66, 6 — particula carent; in una — 54, 9, qua sententia quae antecedit expletur — γοῦν particula exstat; δὲ bis reperimus (15, 9 et 24, 21). Sed quattuordecim parenthesibus, longe maiori parti, γὰρ particula inserta est. Quae quidem parentheses non omnes ad sententiam quae antecedit spectant; nonnullae etiam ad eam quae sequitur referendae sunt. Nam γὰρ particulae natura est, ut non modo sententias quae antecedunt explicet, verum etiam eas quae sequuntur praeparet.

Iam illam quaestionem tractemus quomodo parentheses in toto sententiarum contextu positae sint. Ac dimidia fere parenthesium pars a scriptore mediis sententiis interponitur, velut 15, 9 parenthesis primum verbum sequitur: οἷα (πολλοῖς δὲ πρὸ ἡμῶν ὁ τόπος ἐξείργασται) τὰ ἐπὶ Ποσειδῶνος eqs.

Reliquae huius generis parentheses post plura sententiae verba interposita sunt. Atque in secundariis sententiis hae leguntur: 23, 11 τοῦτο δὲ εἴτε διὰ τοπηγοριάν — — εἴτ' ἐποικονομίαν ἔργων ἢ παθῶν (μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων) γίνοιτο. 25, 10 ὅτι μέντοι ὁ Πλάτων (ἐπάνειμι γὰρ) τοιούτῳ τινὶ χεύματι ἀψοφητὶ ῥέων eqs. 29, 18 ὥσπερ καὶ [οἱ] Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ' αὐτῷ ('ἄνδρες', φησίν, 'ἑπτὰ θούριοι λοχαγέται, ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου Ἄρην Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον ὡρκωμότησαν') τὸν ἴδιον eqs. 37, 11 ὡς γὰρ οἱ τῷ ὄντι ὀργιζόμενοι ἢ — — ἢ ὑπ' ἄλλου τινὸς (πολλὰ γὰρ καὶ ἀναρίθμητα πάθη καὶ οὐδ' ἂν εἰπεῖν τις ὅσα δύναιτο) ἑκάστοτε eqs. 54, 14 ὡς θεόπεμπτα δεινὰ δωρήματα (οὐ γὰρ εἰπεῖν θεμιτὸν ἀνθρώπινα) ἀθρόα εἰς ἑαυτόν eqs.

In primariis sententiis hae positae sunt: 24, 21 οὐ κατ' ἄλλα δέ τινα ἢ ταῦτα, ἐμοὶ δοκεῖ, φίλτατε Τερεντιανέ (λέγω δέ [εἰ] καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι γινώσκειν) καὶ ὁ Κικέρων. 43, 22 ὅθεν καὶ τὸν Πλάτωνα (δεινὸς γὰρ ἀεὶ περὶ σχῆμα κἂν τισιν ἀκαίρως) ἐν τοῖς Νόμοις eqs. 57, 15 ταῖς δὲ μεταφοραῖς γειτνιῶσιν (ἐπανιτέον γὰρ) αἱ παραβολαὶ eqs. Huic generi etiam eam parenthesim adnumeremus quae 66, 6 exstat. Ibi post subiectum logicum, si ita loqui licet, et praedicatum et ante subiectum sententiae parenthesis interposita est: ἐκεῖνο μέντοι λοιπὸν (ἕνεκα τῆς σῆς χρηστομαθείας οὐκ ὀκνήσομεν ἐπιπροσθεῖναι) διασαφῆσαι eqs.

16, 11 parenthesis post priorem partem sententiae primariae duobus membris iunctae exstat: οὐ γὰρ ζῆν εὔχεται (ἦν γὰρ τὸ αἴτημα τοῦ ἥρωος ταπεινότερον) ἀλλ' eqs. In sententia interrogativa, quae ex duabus partibus καὶ particula coniunctis consistit, parenthesis post priorem partem legitur 23, 18: ἦ μέντοι διαφέρει τοῦ ἀρτίως εἰρημένου τὰ νῦν παραγγελλόμενα (περιγραφὴ γάρ τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξις) καὶ τίνι καθόλου eqs. Simili ratione 54, 9 parenthesis inmissa est: [τὰ Ὑπερίδου] τὸν ἀκροατὴν ἠρεμεῖν ἐῶντα (οὐδεὶς γοῦν Ὑπερίδην ἀναγινώσκων φοβεῖται), ὁ δὲ eqs.

Iam eas parentheses enumeremus quae inter sententiam primariam et secundariam interpositae sunt. Itaque 35, 19, qui locus corruptus est, parenthesis prima verba sententiae sine dubio primariae sequitur, post parenthesim autem non statim primaria sententia ad finem ducitur, sed secundaria incipit: ἔτι τοίνυν (ἓν γάρ τι τῶν ὑψηλοτάτων τὸ Ἡροδότειον πεπίστευται) εἰ οὕτως ἔ**. 57, 8 sententia secundaria imperfectam primariam sequitur et ad eam referenda est, cum sententia primaria accusativo cum infinitivo expleatur. Inter priorem autem primariae partem et secundariam parenthesis interposita est 57, 8: προσήκει δ' ὅμως (ἀνακάμπτει γὰρ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἡμῖν τοῦ ὑπομνήματος ἡ παραίνεσις) ἐπειδὴ — — βοήθημα τῇ φύσει πάντῃ πορίζεσθαι τὴν τέχνην. Similiter 69, 9 inter sententiam primariam perfectam et secundariam quae ad novam primariam spectat parenthesis interposita est: οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς οὐκ ἂν ἔτι τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθε-

ρος ἂν κριτὴς γένοιτο (ἀνάγκη γὰρ τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια), ὅπου δὲ eqs. ἄρα δὴ eqs. 36, 11 parenthesis inter secundariam sententiam primariae inservientem et ipsam primariam, quae εἶτα particula primo totius sententiae loco posita praeparatur, interposita est: εἶθ' ἵνα μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὁ λόγος ἰὼν στῇ (ἐν στάσει γὰρ τὸ ἠρεμοῦν, ἐν ἀταξίᾳ δὲ τὸ πάθος, ἐπεὶ φορὰ καὶ σύγκρισίς ἐστιν) εὐθὺς ἐπ' ἄλλα eqs. 38, 7 parenthesis sequitur φῆσαι infinitivum, qui, ex πρὸ praepositione pendens et cum alia enuntiatione ὅτι particula iunctus, secundariae sententiae temporalis munere fungitur, cum ipsam parenthesim enuntiatio primaria sequatur: πρὸ γὰρ τοῦ φῆσαι ὅτι αὐτοὺς δεῖ πονεῖν (τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ παρακελεύεται) ἔμπροσθεν ἀποδίδωσι eqs. Contrariam rationem 17, 1 et 21, 6 cognoscimus. Nam primaria sententia antecedit, secundaria, cui ibi ὅτι, hic ἵνα particula praemissa est, sequitur. Inter eas autem sententias parenthesis interposita est: 17, 1 δείκνυσι δ' ὅμως διὰ τῆς Ὀδυσσείας (καὶ γὰρ ταῦτα πολλῶν ἕνεκα προσεπιθεωρητέον) ὅτι eqs. 21, 6 ἅμα ψύχεται κᾴεται ἀλογιστεῖ φρονεῖ (ἢ γὰρ φοβεῖται ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν) ἵνα μὴ eqs.

Denique si in fine huius de parenthesibus disputationis in illud inquirimus quomodo scriptor ipsarum parenthesium sententias composuerit, duodecies simplicem sententiam invenimus (15, 9; 16, 11; 17, 1; 23, 11; 25, 10; 35, 19; 38, 7; 54, 9; 54, 14; 57, 8; 57, 10; 66, 6). Binae sententiae in singulas contractae sunt 43, 22 et 23, 18. Disiunctivam sententiam 21, 6 cernimus. Poetae verba φησὶν vocabulo interposito parenthesi 29, 18 exhibentur. Accusativus cum infinitivo qui ex ἀνάγκη vocabulo pendet 69, 6 exstat. Atque cum 24, 21 et 36, 11 primariae et secundariae sententiae legantur, auctor 36, 11 in primaria sententia etiam antithesis figura usus est. Restat 37, 11 ubi duas enuntiationes primarias cernimus, quarum ab altera etiam secundaria pendet. Iam si respicimus ad ea quae de parenthesibus diximus, varietatem parenthesium negare non possumus.

Asyndeti figurae quam primo loco contemplati sumus polysyndeton, cum in sententiis firme coniungendis positum

sit, plane contrarium est. Eius figurae usum apud auctorem dimidio fere minus frequentem esse non miramur, cum de ea figura nihil praescripserit, immo spernere se eam dixerit p. 36, 24, ubi verba πρόσθες τοὺς συνδέσμους — ὡς ποιοῦσιν οἱ Ἰσοκράτειοι cum despectu posita sunt. Longe plurimis autem ex illis locis singula verba καὶ particula inter se coniunguntur, cum ἢ particula bis tantum eo munere fungatur. Velut duobus locis terna substantiva ita καὶ particula coniuncta sunt, ut particula post primum et alterum inveniatur. Nam quod 9, 12 τοιοῦτόν πως καὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ ὑπερβολαὶ καὶ τὰ πληθυντικά ante αἱ μεταβολαὶ καὶ particula exstat, ad sententiam cum ea quae antecedit coniungendam servit. Alterum exemplum 38, 26 est: τά γε μὴν πολύπτωτα λεγόμενα, ἀθροισμοὶ καὶ μεταβολαὶ καὶ κλίμακες. 24, 3, ubi tria substantiva καὶ particula coniunguntur, dubitare possumus, utrum illud καὶ quod ante primum substantivum est, ‚quoque' particulae significationem habeat — quae quidem explicatio mihi placet — an ceteris duabus καὶ particulis respondeat. Sed utut res se habet, polysyndeton statuendum est: δύναται γάρ ἀμέλει καὶ ὕψους καὶ πάθους καὶ τρόπων εἶναι κοινὸς οὗτος ὅρος. Praeter καὶ etiam τὲ particula auctor his locis usus est: 9, 9 τά τε κάλλη τῆς ἑρμηνείας καὶ τὰ ὕψη καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί. 25, 4 ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι καὶ ἔνθα δεῖ eqs. 25, 6 τοπηγορίαις τε γὰρ καὶ ἐπιλόγοις κατὰ τὸ πλέον καὶ παραβάσεσι καὶ τοῖς φραστικοῖς ἅπασι καὶ ἐπιδεικτικοῖς, ἱστορίαις τε καὶ φυσιολογίαις, καὶ οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις ἁρμόδιος. 60, 17 κηλεῖν τε ὁμοῦ καὶ πρὸς ὄγκον τε καὶ ἀξίωμα καὶ ὕψος καὶ πᾶν ὃ ἐν αὑτῇ περιλαμβάνει eqs. ἢ autem particulam hisce duobus locis invenimus: 37, 10 ὡς γὰρ οἱ τῷ ὄντι ὀργιζόμενοι ἢ φοβούμενοι ἢ ἀγανακτοῦντες ἢ ὑπὸ ζηλοτυπίας ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς — ἑκάστοτε παραπίπτοντες eqs. 39, 23 ἐφ' ὧν δέχεται τὰ ὑποκείμενα αὔξησιν ἢ πληθὺν ἢ ὑπερβολὴν ἢ πάθος.

Tertium genus verborum figurarum quibus auctorem usum esse constituo, illae sunt quae in verborum inversione iacent. Quarum duae species mihi occurrerunt, altera traiectionis, altera chiasmi vel commutationis figura.

Ac traiectioni quidem verborum de qua hic loquimur

nihil cum sententiarum traiectionibus commune est, quibus auctor eos uti dicit qui ira vel metu vel aliis adfectibus commoti semper ab instituta orationis via aberrent (XXII.), sed inversiones verborum sunt, quae in fine comprehensionum locum habent, quo melius ‚aut cadat aut volvatur oratio' (Cic. Or. 229). Anonymus quamquam de iis quod sciam non egit[1]), tamen saepissime iis utitur. Itaque magnum numerum traiectionum collegi et disposui, quarum causas saepissime ex numero repetendas esse neminem fugiet et subinde ad prima maxime exempla adnotabo. Itaque haec dissertationis pars quodam modo cum ea cohaeret, ubi de numerosa oratione agitur.

Primum vero genus meo iudicio id est quo efficitur, ut substantivum ab iis vocabulis quibus certius significatur et definitur, separetur. Quorum verborum casus cum aut idem ac substantivi aut genetivus ex substantivo pendens possit esse, primo loco permagnum illarum traiectionum numerum hic adferamus, quibus attributum aut adiectivum aut participium a verbo aut substantivo aut pronomine aut adiectivo aut adverbio separatur. Ac primum quidem verbum intra substantivum et adiectivum vel participium his locis invenitur: 2, 28 τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν. 9, 19 πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. 25, 27 ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι (iambi). 36, 16 τῇ ἐπαλλήλῳ πλήττει φορᾷ. 37, 21 λανθάνουσαν περιέχῃ τὴν τέχνην (paeones). 67, 11 οὕτω ἅπασαν δουλείαν — ψυχῆς γλωττόκομον καὶ κοινὸν ἄν τις ἀποφήναιτο δεσμωτήριον (iambi). 6, 17 ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος. 66, 13 τοσαύτη λόγων κοσμικὴ τις ἐπέχει τὸν βίον ἀπορία (paeones). 49, 12 ὅτι οἱ παθητικοὶ καὶ φραστικοὶ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐταῖς χαίρουσι τόποι.

Deinde substantivum inter substantivum et participium intercedit 17, 16 παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ (fere octon. iamb.). Pronomine substantivum ab attributo separatur 51, 12 παρατεθειμένος δ' οὐκ ὀλίγα καὶ αὐτὸς ἁμαρτήματα. 55, 9 ἡ φύσις οὐ ταπεινὸν ἡμᾶς ζῷον ἔκρινε. Semel adverbio enclitico substantivum et attributum seiunguntur 70, 1 ἀξίας

[1]) Nisi forte λέξεις vocabulo (37, 16) idem ac ‚verba' significatur. Cui interpretationi id mihi videtur repugnare quod auctor toto capite de sententiarum traiectionibus loquitur.

ποτὲ ὠφελείας (troch.). Numerale uno loco verbo a substantivo secernitur: 9, 5 διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν (paeones). Non raro pronomen attributi munere fungitur. Cuius separatio his locis verbo fit: 36, 12 εὐθὺς ἐπ' ἄλλα μεθήλατο ἀσύνδετα καὶ ἐπαναφοράς. 36, 17 ἄλλην ποιούμενος ἐμβολήν. 36, 23 ἡ ἀταξία ποιὰν περιλαμβάνει τάξιν. 51, 8 ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοῶ τὸ δεύτερον. 41, 5 πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα — ἐπ' αὐτῶν ἵστησι τὸν ἀκροατὴν τῶν ἐνεργουμένων. 25, 26 καί γε τούτου, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ. Substantivum substantivo ab attributo pronominali secernitur 8, 10 οὐδὲ τοῦτο Ξενοφῶντι τὸ ψυχρὸν κατέλιπεν. Adiectivo substantivum et pronomen 12, 15 separantur παντὸς ὑψηλότερον λόγου. Etiam numerali semel substantivum a pronomine separatur 17, 4: συντεθεικὼς ταύτην δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν. Vocabulis quae adverbii vim habent duobus locis substantivum a pronomine segregatur: 21, 10 ὅνπερ οἶμαι καὶ ἐπὶ τῶν χειμώνων τρόπον. 29, 24 κἀκείνοις ὑπὸ φιλοτιμίας τοῖς κινδύνοις προσβιβάζει. Attributum autem quod ex articulo aliisque vocabulis consistit nisi verbo a suo substantivo separatum non est. Sunt autem hi loci: 2, 18 καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα (troch. cum molosso). 4, 11 τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων ἡγήσαιτο θεωρίαν (duo glycon). 31, 17 ὁ περὶ σχημάτων ἐφεξῆς τέτακται τόπος (bacch. vel cret.). 14, 15 τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ. 37, 16 τὴν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ παντοίως πρὸς μυρίας τροπὰς ἐναλλάττουσι τάξιν (!). 46, 11 ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός (!).

Substantivi et genetivi ab eo pendentis separatio eodem modo verbis adiectivis adverbiis efficitur. His autem locis substantivum et genetivus verbis dissolvuntur: 4, 2 ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου. 16, 2 εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων. 16, 7 τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπέχει μάχην. 27, 18 πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον. 31, 19 οὐκ ἂν ἡ τυχοῦσα μεγέθους εἴη μερίς. 32, 12 τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα. 33, 17 τὸ τοῦ τέλους διακέκλοφεν ὄνομα. 37, 6 τὴν γὰρ ἐλευθερίαν ἀπολλύει τοῦ δρόμου. 38, 5 τὴν τῶν νοημάτων ἀνέστρεψε τάξιν. 55, 7 οἱ ἰσόθεοι ἐκεῖνοι καὶ τῶν μεγίστων ἐπορεξάμενοι τῆς συγγραφῆς. 65, 16 ἢ σωροὺς ὀνομάσαι παντοίων σπερμάτων. 18, 22 τὸ τῶν ἐμ-

φερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα. 55, 14 ἄμαχον ἔρωτα ἐνέφυσεν ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς παντὸς ἀεὶ τοῦ μεγάλου (choriambi). 68, 19 ἀλλὰ τοιούτων ἐν κύκλῳ τελεσιουργεῖσθαι κατ' ὀλίγον τὴν τῶν βίων διαφθοράν. Semel participio genetivus a substantivo secluditur 58, 12 τὸ τῶν λόγων ἐγκώμιον ἀπιστίας τῆς καθ' αὑτοῦ τοῖς ἀκούουσι παράγγελμα καὶ προοίμιον ἐξέθηκεν. Adverbio bis genetivus et substantivum a quo pendet separantur: 2, 28 τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν et 65, 25 τοὺς τούτων ὅτι πορρωτάτω ὀχετοὺς ἀπέστρεψεν.

Alterum traiectionis id mihi videtur genus esse quo duo vocabula sive verba sive substantiva sive adiectiva particula inter se coniuncta alio vocabulo interposito seiunguntur. Tales loci iucundae cuiusdam auctoris neglegentiae speciem prae se ferunt. Nam scriptor initio comprehensionis non totam sententiam circumspexisse atque in cursu orationis addendis verbis sententiam pleniorem reddere videtur, cum re vera ad aurium voluptatem verba ita collocet. Itaque duo verbi participia 62, 21 substantivo interposito alterum ab altero segregantur: ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγου καὶ σεσοβημένος. Inter duo substantiva verbum his locis intercedit: 24, 25 σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἂν ἢ κεραυνῷ; 69, 8 δεκασμοὶ βραβεύουσι καὶ ἀλλοτρίων θῆραι θανάτων καὶ ἐνέδραι διαθηκῶν (dactyli); 62, 19 ἀλλὰ στηριγμούς τε ἔχειν πρὸς ἄλληλα τὰ ὀνόματα καὶ ἐξερείσματα τῶν χρόνων. Uno loco adiectivo quod substantivi loco est separatio efficitur 14, 13 ἀνατροπὴν δὲ ὅλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνοντος.

Adiectiva verbis segregantur: 10, 17 ἰσχυρὰν λαμβάνει καὶ ἀναμφίλεκτον; 66, 5 ταπεινοὺς ποιήσει κατὰ τὸ πλεῖστον καὶ ἀσχήμονας. Substantiva inter adiectiva intercedunt: 12, 17 ἔχειν δεῖ τὸν ἀληθῆ ῥήτορα μὴ ταπεινὸν φρόνημα; 69, 11 δοκοῦμεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν μεγάλων ἢ διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι; 68, 8 ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάστῳ. Quibus locis 42, 3 addendus est ubi adiectivum substantivi munere fungitur: ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον καὶ ἀγχίστροφον παρέστακεν. His denique locis adiectiva pronominibus separantur: 22, 10 πλὴν μικρὸν αὐτὸ καὶ γλαφυρὸν ἐποίησεν; 26, 21 καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος. Iam in

fine tres locos adferimus qui non bene in iis quos tractavimus numerari possunt: 9, 15 substantivum inter attributum et dativum ab eo pendens intercedit τὰς ἀνακεκραμένας κακίας τοῖς ὑψηλοῖς. Similiter 65, 22 legitur μιμεῖσθαι τὴν δημιουργήσασαν φύσιν τὸν ἄνθρωπον. 65, 21 verbum cum aliis vocabulis quae ab eo pendent inter genetivum qui ab adiectivo pendet et illud ipsum adiectivum positum est: τῶν πραγμάτων πρέποι ἂν καὶ τὰς φωνὰς ἔχειν ἀξίας.

Alterius inversionis generis, quae figura chiasmi vel commutationis est, verum exemplum unum apud auctorem repperi. 1, 7 enim, ubi necessitas disputandi de eo modo quo aliqua ars in possessionem nostram venire possit exponitur, auctor dicere potuit ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυεῖν ἀπαιτουμένων, προτέρου μὲν τοῦ δεῖξαι τί τὸ ὑποκείμενον, δευτέρου δὲ τῇ τάξει, κυριωτέρου δὲ τῇ δυνάμει, πῶς ἂν eqs. Sed ut oratio pulchrior evaderet, verba declinavit et δευτέρου μὲν τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου scribens chiasmi figuram effecit. Videtur quidem auctor etiam 15, 3 τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους — — θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους et 36, 22 οὕτως αὐτῷ καὶ ἡ τάξις ἄτακτον καὶ ἔμπαλιν ἡ ἀταξία ποιὰν περιλαμβάνει τάξιν chiasmi figuram effecisse; neque vero ibi aliter scribere potuit, et cum verba declinata non sint, chiasmus tantum externae formae est. Ceterum illis locis traductionem statuere possumus, quam auctor ad Herennium (IV, 14, 20) dicit facere ut, cum idem verbum crebrius ponatur, concinniorem orationem reddat. Ad locos modo tractatos etiam adnectere possumus 9, 23: οὐδὲν ὑπάρχει μέγα, οὗ τὸ καταφρονεῖν ἐστι μέγα et 33, 23: φύσει πως συμμαχεῖ τε τῷ ὕψει τὰ σχήματα καὶ πάλιν ἀντισυμμαχεῖται θαυμαστῶς ὑπ' αὐτοῦ.

Post hyperbata auctor de permutatione casuum, temporum, personarum, numerorum, generum agit, quibus orationem valde variari et intendi dicit. Itaque 39, 4 plurales (πληθυντικὰ) commendat, quippe qui nonnumquam magnificentius sonent et ipsa numeri gravitate magnam vim habeant. Ipse autem illud praeceptum sequitur, cum 9, 9 plurali singularis loco utitur: ὅθεν ἐπίφορον εἰς συνταγμάτων κατόρθωσιν τά τε κάλλη τῆς ἑρμηνείας καὶ τὰ ὕψη καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί, καὶ αὐτὰ

ταῦτα, καθάπερ τῆς ἐπιτυχίας, οὕτως ἀρχαὶ καὶ ὑποθέσεις καὶ τῶν ἐναντίων καθίστανται. Eodem modo 56, 4 non de cratere, sed de crateribus Aetnae loquitur (τῶν τῆς Αἴτνης κρατήρων).

Quod autem Pseudo-Longinus 40, 17 ad lectorem subito verba derigenda esse dicit (ἐναγώνιος δ' ὁμοίως καὶ ἡ τῶν προσώπων ἀντιμετάθεσις καὶ πολλάκις ἐν μέσοις τοῖς κινδύνοις ποιοῦσα τὸν ἀκροατὴν δοκεῖν στρέφεσθαι), ad eam regulam non solum eo ipso capite bis (41, 2 ὁρᾷς, ὦ ἑταῖρε, ὡς eqs. et 41, 6 ὅταν ὡς οὐ πρὸς ἅπαντας ἀλλ' ὡς πρὸς μόνον τινὰ λαλῇς), sed saepissime loquitur. Verum tamen, cum longum sit omnes illos locos plenos exscribere, eos solos hic ponamus, quibus auctor Terentianum amicum nomine vel simili significatione adloquitur: 1, 2 Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε. 44, 7; 66, 7 Τερεντιανὲ φίλτατε. 24, 20 φίλτατε Τερεντιανέ. 3, 1; 7, 17 Τερεντιανὲ ἥδιστε. 9, 16 ὦ φίλος. 25, 25; 33, 22 φίλτατε. 59, 12 κράτιστε. 14, 12 ἑταῖρε. 41, 2 ὦ ἑταῖρε. Praeterea auctor illud praeceptum his qui insequuntur locis observat, quamquam nonnumquam dubitare potes, utrum verba ad Terentianum an ad omnes lectores derigat: 2, 8; 5, 9; 10, 9; 10, 13; 12, 11; 14, 12; 18, 14; 21, 3; 23, 16; 25, 3; 25, 12; 27, 14; 28, 6; 29, 11; 36, 24; 38, 27; 40, 12; 41, 9; 44, 12; 51, 22; 52, 5; 58, 28; 60, 7; 61, 7; 62, 11; 66, 6; al.

Sed veniamus ad sententiae figuras. Ac primum quidem de exclamatione disseramus. Cuius figurae unum quod sciam exemplum apud Pseudo-Longinum exstat. 8, 6 auctor Xenophontem vituperans, quod pupillas oculorum puellas appellaverit, haec exclamat: οἷον δὲ Ἡράκλεις τὸ τὰς ἁπάντων ἑξῆς κόρας αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, ὅπου φασὶν οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τήν τινων ἀναίδειαν ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Quam exclamationem quo vehementiorem redderet Ἡράκλεις ei interposuit. Ea iurandi ut ita dicam formula scriptor saepe usus est et ipse eam in libro commendavit (32, 9). Qua de causa hic locos enumerabo quibus occurrit.

Praeter locum modo tractatum, qui solus Herculis invocationem vocativo casu exhibet, duodecies Iovis nomen accusativo casu qui a νὴ pendet invenitur. Cum in ipsa formula, quam apud scriptores Graecos frequentem esse nemo



ignorat, nihil admirabile sit, id tantum moneamus, novem locis eam in sententiis ineuntibus post particulas sententiae praemissas, tribus post duo vel complura verba positam esse. Velut post καὶ his tribus locis legitur:

17, 7 καὶ νὴ Δί' ἐκ τοῦ τὰς ὀλοφύρσεις — προσαποδιδόναι; 60, 4 καὶ νὴ Δία φθόγγοι κιθάρας — ἐπάγουσι πολλάκις — θέλγητρον; 67, 18 καὶ νὴ Δία πρὸς τούτῳ τὰ φρουροῦντα τὸν νῦν βίον eqs. ταυτὶ πάθη.

Bis post καὶ ἔτι invenitur: 38, 14 καὶ πολὺ τὸ ἀγωνιστικὸν ἐκ τοῦ ὑπερβιβάζειν καὶ ἔτι νὴ Δία τὸ ἐξ ὑπογύου λέγειν συνεμφαίνων. 50, 24 ἆρ' οὐκ ἄξιόν ἐστι διαπορῆσαι πότερόν ποτε — ἢ —; καὶ ἔτι νὴ Δία πότερόν ποτε — ἢ —; In exemplis sententiae illustrandae et firmandae causa adlatis his duobus locis exstat: 31, 4 ὡς νὴ Δία καὶ ὁ Ὑπερίδης — εἶπεν —; 30, 15 ὡς ἤδη νὴ Δία καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες βλέπουσιν Ἐρινύας. Post ἢ disiunctivum invenitur 52, 6: ἐν τραγῳδίᾳ [μᾶλλον ἂν εἶναι] Ἴων ὁ Χῖος [ἕλοιο ἂν] ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς; et paulo aliter in philosophi quem scriptor loquentem inducit verbis 66, 14: 'τοσαύτη λόγων κοσμική τις ἐπέχει τὸν βίον ἀπορία. ἢ νὴ Δί'' ἔφη 'πιστευτέον τῷ θρυλουμένῳ ὡς' eqs. His novem locis tres illos addimus quibus νὴ Δία formula sententiis inmissa est. 63, 19 τινὰ δὲ νὴ Δία περιέχει τῆς ὕλης ἀδοξότερα; 23, 14 ὡς οὐδὲν τούτων καθ' αὑτὸ συσταίη χωρὶς ὕψους τέλειον πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις ἄρα νὴ Δία ἢ ἐν εὐτελισμοῖς. 26, 17 εἰ μὴ [Πλάτων] περὶ πρωτείων νὴ Δία παντὶ θυμῷ πρὸς Ὅμηρον — διηριστεύετο.

P r a e t e r i t i o n i s in illis sententiarum figuris quae in grammaticae formae mutatione positae sunt numerandae duo exempla adferam. Ac primum quidem 7, 20 exstat: τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν, ὅπου γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι — ποτὲ ἑαυτῶν ἐπιλανθάνονται. Quae praeteritio quamquam ab aliis eiusmodi figuris paulum differt, cum auctor iam plura de Timaeo dixerit, tamen, cum iis verbis ad Xenophontem transeat, in iis numerari potest. Propius ad usitatam formam figura quae 56, 16 legitur accedit. Ibi enim auctor per speciem praeteritionis ea ipsa quae a se praeteriri dicit adfert: τί χρὴ πρὸς τούτοις ἔτι λέγειν ὡς eqs. —

Age nunc, si placet, de i n t e r r o g a t i o n i b u s quae rhetoricae vocantur et eodem modo quo exclamationes in mutatione

formae grammaticae positae sunt agamus, de quibus Pseudo-Longinus 34, 24 loquitur. Interrogationes rhetoricas eas intellegimus ad quas, cum dubium non sit, quid is qui interrogat sentiat, responsum omnino non datur. Quae figura saepe apud Pseudo-Longinum occurrit. Cum autem primo loco de iis dicturi simus quae ex una enuntiatione interrogativa consistunt, optime nobis videmur eas quae, sive ipsae forma affirmativa sive negativa indutae sunt, sententiam affirmativam exhibent, i. e. ad quas si responsum daretur affirmative responderetur, ab iis discernere quarum sententia negativa est. Ac duabus quidem ex illis pronomen interrogativum praemissum est. Altera autem earum, quae 14, 1 exstat: τίς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους ἐπιφθέγξαιτο ὅτι eqs. negativa forma, sententia affirmativa est, altera quae 18, 12 legitur: τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ταῦτα ἢ τῷ ὄντι Διὸς ἐνύπνια; forma affirmativa, sententia negativa.

Tribus ex reliquis ἆρα particula interrogativa praeposita est, cum ipsae forma negativa praeditae sint; tres, ex quibus unius forma negativa, duarum affirmativa est, ea particula carent. Sunt autem hae sex:

29, 11 ἆρ' οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος; 34, 24 ἆρα οὐκ αὐταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιΐαις παρὰ πολὺ ἐμπρακτότερα καὶ σοβαρώτερα συντείνει τὰ λεγόμενα[1]); 50, 21 ἆρ' οὐκ ἂν ἄξιόν ἐστι διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ τούτου καθολικῶς, πότερόν ποτε κρεῖττον eqs. 21, 3 οὐ θαυμάζεις, ὡς ὑπὸ τὸ αὐτὸ τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα — — ἐπιζητεῖ; 14, 12 ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς ἀναρρηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς eqs.; 41, 2 ὁρᾷς, ὦ ἑταῖρε ὡς παραλαβών σου τὴν ψυχὴν διὰ τῶν τόπων ἄγει τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν;

Neque vero libellus tantum numerum negativarum interrogationum quae ex una interrogatione negativa consistunt, quantum affirmativarum, praebet. 52, 1 scriptor Erigonam Eratosthenis, quod carmen plane vitio careat, cum carminibus Archilochi, qui multa aliena rapere secum videatur comparat; qua comparatione parenthetice interposita, postquam senten-

[1]) Ibi Pseudo-Longinus, cum de interrogatione agit, ipse de interrogatione interrogationem instituit.

tiam, ut ita dicam, praeparavit, interrogat: ἆρα δὴ μείζων ποιητής (sc. Eratosthenes Archilocho); dubium non est quin unusquisque Archilochum maiorem poetam dicat esse. Altera interrogatio rhetorica negativo sensu praedita 69, 10 exstat. Similiter ac supra scriptor interrogationem serie sententiarum praeparavit, cui γὰρ particulam praemisit, quamquam alia etiam sententia, cui ὅπου δὲ verba praeposita sunt, antecedit. Nam auctor, postquam fieri non posse dixit, ut is qui pecunia corruptus esset liber etiam et integer iusti rectique iudex esset, et suae ipsius aetatis vitam corruptam commemoravit ita interrogat: ἆρα δὴ ἐν τοσαύτῃ λοιμικῇ τοῦ βίου διαφθορᾷ δοκοῦμεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν μεγάλων ἢ διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα κἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας; Ne hoc quidem loco quid respondendum sit incertum est. Illis interrogationibus eam adnectam quae 38, 28 sqq. exstat: τί δὲ αἱ τῶν πτώσεων χρόνων προσώπων ἀριθμῶν γενῶν ἐναλλάξεις, πῶς ποτε καταποικίλλουσι καὶ ἐπεγείρουσι τὰ ἑρμηνευτικά; Ibi in respondendo non simplici affirmandi vel adsentiendi aut negandi vel dissentiendi vocabulo uti possumus, cum interrogationi πῶς particula responsum multo accuratius desiderans praemissa sit. Tamen ea interrogatio in rhetoricis numeranda est, quia omnino responsum non exspectatur. Admirantis enim ut ita dicam exclamationem scriptor ea exprimere voluit.

Verum necesse est nos in ea interrogatione paulisper morari ab eaque ad nonnullas earum reverti quas iam tractavimus. Neque enim solae πῶς ποτε particulae ii praemissae sunt, sed varia subiecta antecedunt, et ante ea etiam τί δὲ; formula quid vero? vel quid porro? significans legitur. Ad contemplationem talium initiorum instituendam optime ab interrogatione quam 34, 24 invenimus ordiamur. Ibi interrogationi quam supra tractavimus altera praemissa est: τί δ' ἐκεῖνα φῶμεν, τὰς πεύσεις τε καὶ ἀποκρίσεις; Ad eam non potest responsum dari, verum mera ad novam rem transitus formula est. Neque enim per se sententiam praebet, cum nihil contineat nisi insequentis interrogationis subiectum. Nam putamus συντείνει verbi hoc loco vim transitivam esse et ab

ἐκεῖνα ita pendere, ut τὰ λεγόμενα obiectum sit. Similem in modum 52, 1 Eratosthenis nomen in orationem inducitur. Τί δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τῇ Ἠριγόνῃ; quomodo autem res se habet cum Eratosthene in Erigona? Haec sententia ante parentheticam illam de qua supra diximus ea de causa posita est, quod scriptor transitum ad novam rem vividiorem reddere volebat, cum etiam dicere posset: Eratosthenes vero, cuius Erigona plane vitio caret, cum Archilochus multa aliena rapere secum videatur, num maior Archilocho poeta est? Cum autem 34, 24 plenam enuntiationem rhetoricae interrogationi antecedentem et 52, 1 sententiam verbo quidem carentem sed facilem ad explicandum invenerimus, illo loco ex quo orsi sumus mera formula subiecto praemissa est et transitum ad novam rem facit (38, 28 τί δὲ αἱ τῶν πτ., χρ. πρ. eqs.). Eadem formula auctor 52, 4 transitum ad totam enuntiationem interrogativam facit, ad quem locum iam accedamus. Ibi enim haec leguntur: τί δ'; ἐν μέλεσι μᾶλλον ἂν εἶναι Βακχυλίδης ἕλοιο ἢ Πίνδαρος, καὶ ἐν τραγῳδίᾳ Ἴων ὁ Χῖος ἢ νὴ Δία Σοφοκλῆς; Quid respondendum sit incertum non est, cum nemo Pindarum Bacchylidi vel Sophoclem Ioni praeferre dubitaturus sit. Verum quamquam rhetorica interrogatio statuenda est, tamen ab iis differt quas adhuc contemplati sumus. Nam hoc loco auctor duas res nobis proponit inter quas eligamus, cum omnibus illis locis nisi de una re non agatur. Simillimam huius interrogationem rhetoricam 51, 22 exhibet, ubi post comparationem inter Homerum et Apollonium Theocritumque institutam haec interrogatio in medio ponitur: ἆρ' οὖν Ὅμηρος ἂν μᾶλλον ἢ Ἀπολλώνιος ἐθέλοις γενέσθαι; Denique illis interrogationibus ea etiam adnectatur quae 43, 9 exstat: ἆρα δὴ τούτοις μετρίως ὤγκωσε τὴν νόησιν; ἢ ψιλὴν λαβὼν τὴν λέξιν ἐμελοποίησε καθάπερ ἁρμονίαν τινὰ τὴν ἐκ τῆς περιφράσεως περιχεάμενος εὐμέλειαν;

Inter sententiae figuras quae in grammaticae formae mutatione positae sunt etiam ea numeranda est qua is qui loquitur ipse se de aliqua re interrogat et statim responsum subicit. Haec figura (34, 24), cui subiectionis nomen inditum est, identidem reperitur et a scriptore magna arte variata et mutata est.

Ac primum quidem enumerentur loci quibus scriptor responsum enuntiationis affirmativae forma induit. His autem quinque locis ad interrogationem suis ipsius verbis respondet: 25, 24 ποία δὲ καὶ τίς αὕτη; τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις. 26, 8 μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον· ὅ τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων eqs. 30, 19 τί οὖν ἡ ῥητορικὴ φαντασία δύναται; πολλὰ μὲν ἴσως καὶ ἄλλα τοῖς λόγοις ἐναγώνια καὶ ἐμπαθῆ προσεισφέρειν, κατακιρναμένη μέντοι ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν οὐ πείθει τὸν ἀκροατὴν μόνον ἀλλὰ καὶ δουλοῦται. Quod responsum accuratius velim consideres, cum in priore parte non verbum finitum quod dicitur sed infinitivus pendens a δύναται in interrogatione posito legatur, in altera parte verbum finitum exstet. 34, 11 τίνι γὰρ ἐνταῦθ' ὁ ῥήτωρ ἀπέκρυψε τὸ σχῆμα; δῆλον ὅτι τῷ φωτὶ αὐτῷ. 55, 7 τί ποτ' οὖν εἶδον οἱ ἰσόθεοι ἐκεῖνοι καὶ τῶν μεγίστων ἐπορεξάμενοι τῆς συγγραφῆς, τῆς δ' ἐν ἅπασιν ἀκριβείας ὑπερφρονήσαντες; πρὸς πολλοῖς ἄλλοις ἐκεῖνο ὅτι eqs. Neque hoc loco monere omitto scriptorem responsa plerumque non perfecta et absoluta enuntiatione dare, sed interrogationis formam ut ita dicam porro et ad finem ducere, id quod Rohdius in mus. rhen. (XXXV. p. 310.) attigit. Neque vero Rohdius locum quo scriptor ab adamato dicendi genere aberravit (12, 11) ob id ipsum falso traditum esse contendere aut pronomine relativo adiecto mutare debuit, praesertim cum locus hic alia etiam re ab iis quos modo attuli differat. Neque enim scriptor ipse se interrogat, sed lectorem fingit ex ipso quaerentem, quomodo animos nostros ad sublimitatem tollere possimus. τίνα, φήσεις, τρόπον; γέγραφά που καὶ ἑτέρωθι τὸ τοιοῦτον· ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. Ad locos adhuc tractatos etiam subiectio quae 32, 1 exstat addenda est. Ibi Demosthenis locum ex oratione de corona sumptum laudaturus auctor ἀπόδειξιν, inquit, ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Tum interrogat: τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; statim responsum subsequitur: οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι eqs., quo responso Demosthenis verba eo ordine adferuntur, qui sententiae aptior, verum minus artificiosus est.

Iam nobis viam ad quattuor subiectiones praemunivimus,

quibus iucunda forma responsi ad interrogationem dati auctoris alicuius verba adferuntur. Sunt autem hi loci: 13, 13 ὁ δὲ πῶς μεγεθύνει τὰ δαιμόνια;

ὅσσον δ' ἠεροειδὴς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν eqs.

7, 12 τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἁλοῦσιν περὶ Σικελίαν τίνα τρόπον ἐπιφωνεῖ [sc. Timaeus]; Post hanc interrogationem Timaei verba laudat, sed ita, ut saepe apud Graecos est, ut iis ὅτι particula praemittatur: ὅτι 'εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες καὶ περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀγάλματα eqs.

22, 2 inter interrogationem et Homeri verba quae laudat parenthetice sententia interposita est: ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; ἓν γὰρ ἀπὸ πολλῶν λεγέσθω·

ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι eqs.

19, 4 auctor interrogat, ubi Sappho magnam suam facultatem opportunissima quaeque ex rebus eligendi atque ea coniungendi monstret. Celeberrimum eius carmen quod scriptor nobis servavit φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν ἔμμεν' ὠνήρ, ὅστις eqs. adferre in animo habet. Sed antequam id faciat, summam illam poetriam tum maxime artem suam monstrare dicit, cum eminentissima quaevis et altissima scienter deligat et copulet: ποῖ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι. Φαίνεται eqs.

Adhuc non egimus nisi de iis subiectionibus, in quibus responsum enuntiationis affirmativae forma praeditum est; verum aliis locis responsum interrogationis rhetoricae forma datur. Velut 6, 5 legimus: τί ποτ' οὖν τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; ἢ δῆλον ὡς σχολαστικὴ νόησις, ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα; 34, 24 τί δ' ἐκεῖνα φῶμεν, τὰς πεύσεις τε καὶ ἐρωτήσεις; ἆρα οὐκ αὐταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιΐαις παρὰ πολὺ ἐμπρακτότερα καὶ σοβαρώτερα συντείνει τὰ λεγόμενα;

Quibus expositis ad praesumptionem transeamus, quam eam sententiae figuram intellegimus qua auctor, quo clarior et dilucidior sententia fiat, id quod adversarius longe aliter de re sentiens obicere potest, occupat et refutat. Nam refutatione verborum ficti illius adversarii impedit, quominus re vera quisquam talia contra dicat. Cuius figurae usus apud anonymum non valde frequens est. Ac primum quidem,

postquam primo disputationis capite de vi et natura sublimitatis disseruit, capitis alterius initio (3,2) iam eam quaestionem instituendam esse dicit, num quaedam sublimitatis aut granditatis disciplina sit. Quam quaestionem non exercuisset, immo statim ad praecepta de sublimitate danda transisset, nisi scivisset a nonnullis rhetoribus negari talia in artis formam redigi posse, id quod his verbis exprimit: ἐπεὶ ὅλως οἴονται διηπατῆσθαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἄγοντας εἰς τεχνικὰ παραγγέλματα. Neque vero eam adversariorum sententiam neglegit, sed ipsos adversarios ita loquentes inducit: γεννᾶται γὰρ τὰ μεγαλοφυῆ καὶ οὐ διδακτὰ παραγίνεται. Atque ad illa adversariorum verba, quibus φησὶ vocabulum inmittit, sententiam qua melius illustratur quid cogitent verbis ὡς οἴονται interpositis adnectit: χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα καὶ τῷ παντὶ δειλότερα καθίσταται ταῖς τεχνολογίαις κατασκελετευόμενα. Tum verbis ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι τοῦθ' ἑτέρως ἔχον φημὶ ea quae adversarii obiecerunt sua ipsius sententia ita refellere incipit, ut in fine eius capitis dicere possit eos qui litterarum studiosis artis studium exprobraverint, non amplius censuros esse illam de sublimitate disputationem inutilem aut supervacuam esse. Similem in modum 24, 1, antequam ipsa adversariorum verba adferat, definitionem quam quidam rhetores de exaggerationis nomine fecerint sibi minime placere dicit: ὁ μὲν οὖν τῶν τεχνογράφων ὅρος ἔμοιγ' οὐκ ἀρεστός. Tum ficta eorum verba quibus φασὶ vocabulum interponit adfert: αὔξησίς ἐστι λόγος μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις. Sed aliter ac 3, 8, ubi verbis ἐγὼ δὲ eqs. suam sententiam ilico adversariis opponit, hic enuntiatione explicativa illorum definitionem etiam ad sublimitatem et adfectum et translata verba quadrare dicit: δύναται γὰρ ἀμέλει καὶ ὕψους καὶ πάθους καὶ τρόπων εἶναι κοινὸς οὗτος ὅρος, ἐπειδὴ κἀκεῖνα τῷ λόγῳ περιτίθησι ποιόν τι μέγεθος. Tum demum suam sententiam his verbis explicat: ἐμοὶ δὲ φαίνεται ταῦτα ἀλλήλων παραλλάττειν, ᾗ κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, ἡ δ' αὔξησις καὶ ἐν πλήθει eqs. In fine autem huius tenoris sententiarum dicit quomodo ipse exaggerationis notionem definiat: ἔστιν ἡ αὔξησις — συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς πράγμασι μορίων καὶ τόπων, ἰσχυροποιοῦσα τῇ ἐπιμονῇ τὸ κατεσκευασμένον.

Aliter auctor praesumptionem instituit quae 58, 28 legitur. Neque enim suam ipsius sententiam, sed quaedam Herodoti verba refutatione adversarii defendit et firmat. De hyperbolis agens optimas esse dicit eas quae vix hyperbolae intellegantur; id autem fieri, si hyperbolae ab adfectu et magnitudine rerum adiunctarum proficiscantur. Tum verbi gratia praeter Thucydideum locum etiam Herodoteum (7, 225) laudat, ubi historiae pater Graecos ad Thermopylas gladiis si quibus adhuc fuissent aut manibus et ore pugnantes a barbaris telis obrutos esse narrat. Quae hyperbole scriptori valde placet, cum ex ipsa re nasci videatur. Sed cum non ignoret alios aliter de ea re iudicare, eorum sententiam, quo melius eam adgredi possit, in medio ponit, et hoc quidem loco, cum illi sententiae ἐρεῖς vocabulum inmittit, alteri personae adversarii partes dat: οἷόν ἐστι τὸ καὶ στόμασι μάχεσθαι πρὸς ὡπλισμένους καὶ ὁποῖόν τι τὸ κατακεχῶσθαι βέλεσιν. Quartum etiam locum, quamquam veram praesumptionem non continet, tamen addam, quia ibi obiectio illis de quibus egimus similis exstat. Eodem enim capite 38 Isocratem, quia omnia augere voluerit, ad puerilia delapsum esse dicit ex eiusque Panegyrico locum quendam adfert ubi legitur tantam eloquentiae vim esse, ut magna minuere, parva dicendo augere, de priscis novo, de recentibus antiquo modo dicere possit. Tum Isocratis adversarium fingit, sub cuius persona ipse latet, eumque φήσει τις formula usus haec Isocrati obicientem facit: οὐκοῦν, Ἰσόκρατες, οὕτως μέλλεις καὶ τὰ περὶ Λακεδαιμονίων καὶ Ἀθηναίων ἐναλλάττειν; Tum adversarium laudat quod ea Isocrati obiecerit; Isocratem enim illis verbis auditores adhortari ut sibi diffidant. Haec habui quae de praesumptionis figura dicerem.

Tertium genus figurarum sententiarum inter alia antithesim vel contrapositum vel oppositionem et ironiam vel simulationem vel illusionem continet. Sed antequam de iis duabus figuris loquamur, confitemur nos non omnia contraposita collegisse — id quod longum erat —, quamquam nobis videmur satis eorum ad usum perspiciendum contulisse. Ac primum quidem de parvo numero earum antithesium agamus quibus singula vocabula inter se opponuntur. In iis opponendis

auctor nulla particula utitur. Quod autem ad sententiam attinet, haec est propria antithesium natura et vis, ut duae tantum res contrariae altera alteri opponantur. Ita legimus 14, 14 οὐρανὸς ᾅδης, τὰ θνητὰ τὰ ἀθάνατα; 21, 3 τὴν ψυχὴν τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις τὴν χρόαν; quamquam in tertio oppositorum membro nihil contrarii est; 21, 5 [Σαπφὼ] ἅμα ψύχεται κᾴεται, ἀλογιστεῖ φρονεῖ.

Iam antequam ad magnum numerum sententiarum inter se oppositarum accedamus, paucis verbis moneamus in ea antithesi qua 1, 7 exstat non singulas sed binas notiones inter se opponi, δευτέρου et τάξει notiones κυριωτέρου· et δυνάμει notionibus.

In disputatione autem quam de oppisitis sententiis iam suscipiamus, primum de earum sententia, deinde de forma agamus. Quarum antithesium tria genera discernenda sunt, cum primo singulae res vel notiones, altero binae, tertio ternae inter se opponantur. Atque eorum generum exempla eodem ordine tractabimus quo apud auctorem exstant. Ita 9, 7 virtutes nostras vitiis opponit easque ex iisdem fere causis ac virtutes nasci solere dicit. 21, 7, ubi de magna Sapphus arte opportunissima quaeque eligendi et in unum corpus colligendi loquitur, uni adfectui concursum adfectuum opponit.

Cum iis duobus locis singulae notiones inter se opponantur, binae his qui sequuntur. 15, 3, de quo loco iam supra egimus, scriptor dicit Homerum homines qui Troiani belli aetate fuerint in deos mutavisse, iisque deos a poeta in homines mutatos opponit. 24, 22 Demosthenes Ciceroni opponitur; illum auctor dicit in edito et praerupto loco versari, hunc lato flumine portari. Etiam 24, 23 alteri alterum opponit et Demosthenem cum fulmine, Ciceronem cum incendio late fuso comparat. De iisdem viris agens Demosthenicam magnitudinem Ciceronianae latitudini opponit; illi dicit locum videri esse cum rebus vis addenda sit et orator animo valde commoto loquatur aut omnino is qui audiat percellendus sit, huic cum idem multitudine rerum obruendus sit. 28, 5 rhetorica phantasia poeticae opponitur; altera valde diversa ab altera dicitur esse, cum aliud illa, aliud haec sit. Et statim 28, 6

denuo illae duae phantasiae comparantur; oratoriae autem phantasiae finem esse perculsionem, poeticae perspicuitatem rerum. 36, 22 de eodem Demosthene eiusque Midianae orationis paragrapho 72. agitur, quae oratio tumultuario adfectu currat. 37, 19 primo et tertio sententiae membro natura et ars inter se opponuntur, secundo et quarto scriptor dicit quando utraque plurimum valeat. Illam perfectam esse cum natura esse videatur, hanc cum occulte cum arte coniuncta sit. 56, 8 utilia et necessaria cum inopinatis rebus comparantur; illa facilia ad parandum, inopinata semper mirabilia dicuntur esse. 56, 13 sublimitas ceteris rebus opponitur. His eos qui iis utantur homines cognosci dicit auctor, cum illa ad deorum magnitudinem efferantur. Et statim alteram antithesim addit, qua id quod sine vitiis est sublimitati opponit; cum illud non vituperetur, hoc dicit laudari. 57, 4 Pseudo-Longinus eum vituperat et refutat qui, ut demonstraret oratores vitiis immunes praestantiores esse iis qui vitiis quidem non immunes, tamen ultra mortalem condicionem evecti essent, Colossum vitiis adfectum Polycleti doryphoro praestantiorem esse negaverat. Magnum discrimen inter artis et naturae opera interesse. In illis enim diligentiam, in his magnitudinem quaeri et postulari. Eundem sententiarum tenorem porro ducens 57, 6 statuas orationi opponit. Illas quidem aliquam hominis similitudinem, hanc autem id quod res humanas superet prae se ferre necesse esse. Iam ad extremam ex iis antithesibus venimus quarum in duabus partibus bina verba vel binae notiones conferuntur. Est autem ea quae 68, 4 exhibetur. Eo loco scriptor avaritiae voluptatem opponit. Illo morbo homines humiles reddi, hunc morbum ipsum humilem esse.

Restat ut de duobus locis agamus, quibus duae antithesis partes terna membra opposita exhibent, 15, 5 et 17, 13. In illa antithesi cum deis comparamur, et malorum portus, qui nobis post mala peracta requietem praebeat, miseriae sempiternae opponitur, eodemque modo mors sempiternae naturae vel vitae. Quae res ut dilucidior sit, ipsa scriptoris verba apponam: ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος, τῶν θεῶν δ' οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν ἀτυχίαν [Ὅμηρος]

ἐποίησεν αἰώνιον. Concedendum quidem est eius antithesis formam non tam astrictam esse quam illarum de quibus modo egimus; verum dubitari non potest quin terna membra per oppositionem inter se comparentur. Alterum exemplum 17, 3 exstat. Ibi Ilias cum Odyssea comparatur. Illam anonymus plenam motu et actione esse dicit, cum haec plus sermonum habeat. Cuius rei causam tertio antithesis membro adfert. Iliadem enim ab Homero adhuc vigente, hanc a sene scriptam esse contendit. Neque vero hoc loco concinna antithesis structura exstat, cum secundo membro prioris partis tertium posterioris, secundum posterioris tertio prioris respondeat. Verum tantum abest ut hac structura minus concinna laedamur, ut ea quippe quae varietatem adferat delectemur.

Haec habui quae de sententia antithesium plenis enuntiationibus expressarum dicerem; pauca etiam quae ad formam externam pertinent addenda sunt. Poterit enim quis quaerere, num etiam harum antithesium singulae partes sine ulla particula inter se opponantur. Hac autem ratione, quod quidem viderim, auctor libelli usus est, ut tribus locis (9, 7; 28, 6; 36, 22) posteriori parti καὶ particulam praeponeret, cum in priore nulla ei responderet; semel (37, 19) δ'αὖ particulae ante posteriorem sententiam positae sunt, semel (21, 7) δέ. Maior autem pars, ut e natura rerum est, initio prioris partis μὲν particulam exhibent, cui in posteriore δὲ respondet. Sunt hi loci: 1, 7; 15, 3; 15, 5; 17, 13; 24, 22; 24, 23; 25, 3; 28, 6; 56, 8; 56, 13; 56, 15; 57, 4; 57, 6; 68, 4.

Altera species tertii generis figurarum sententiarum, ironiam dico, paucis locis invenitur. Ac primum quidem exemplum 7, 8 exstat. Constat Alexandrum Magnum a Timaeo ob id laudatum esse, quod Asiam paucioribus annis superavisset quam quibus Isocrates panegyricum scripsisset. Quam frigidam Timaei vocem scriptor ironice miram appellat aliamque comparationem addit, qua Lacedaemonii Isocrate imbecilliores dicuntur fuisse, cum illi Messenam triginta annis subegerint, hic orationem decem annis composuerit. Idem Timaeus auctor alius frigidae paronomasiae est, cum dicit Athenienses in Sicilia Hermarum mutilatorum poenam dedisse

in primis propter Hermocratem, Hermonis filium, cuius genus ad Hermam violatum referatur. Ad quae scriptor per ironiam dicit se mirari, cur Timaeus non scripserit Dionysium a Dione et Heraclide tyrannide privatum esse quia Δία et Herculem violavisset (7, 17). Tertio loco (58, 11), de quo iam egimus, Isocratem vituperat, quod panegyrici initio dixerit tantam eloquentiae vim esse ut magna minuere, parva augere, de priscis rebus novo, de novis prisco modo dicere posset. Ibi ironice ex eo quaerit, cum Lacedaemonios ab Atheniensibus beneficio quo Graeciam affecerint superari demonstraturus sit, num etiam Lacedaemoniorum et Atheniensium res immutare velit. Unus locus restat, quo ironia non in tota sententia, sed in uno vocabulo est (30, 17). Scriptor de poeticae phantasiae visionibus loquitur, quas sua aetate saepe ab oratoribus in orationes transferri dicit, ut tamquam tragici poetae furias videant. Quos ironice egregios viros appellat, cum dicit οὐδὲ ἐκεῖνο μαθεῖν οἱ γενναῖοι δύνανται ὅτι ὁ λέγων Ὀρέστης ‘μέθες· μί’ οὖσα τῶν ἐμῶν Ἐρινύων μέσον μ’ ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς ἐς τάρταρον’ — — — φαντάζεται ταῦθ’ ὅτι μαίνεται.

IV.

Meminimus scriptorem in partitione libelli quartam sublimitatis fontem elocutionem dignam atque eius partes verborum delectum et orationem translatam dixisse. Itaque iam de verborum delectu agendum est. Totam autem vocabulorum copiam ita perlustravimus, ut primum de omnibus lexicon Passovii consuleremus, tum Stephani thesaurum evolveremus atque ea vocabula quorum usus secundum Passovium non frequens esse videbatur, denuo examinaremus, postremum haec in certum ordinem redigeremus, quem iam lectoribus propositiuri sumus. Ceterum nos non fugit quae talibus quaestionibus colliguntur ea non prorsus certa esse nec posse impugnari, cum nondum omnia omnium scriptorum vocabula excussa sint; neque enim e. g. Philo in lexicis plene adhibitus est neque Philodemus omnino. Jam antequam ad rem accedamus, pauca etiam ad vocabulorum indicem explicandum nobis dicenda erunt. Primo loco ea vocabula

exhibemus quibus solus Pseudo-Longinus videtur usus esse; his pauca addimus quae aut ea significatione aut ea forma qua apud Pseudo-Longinum leguntur, alias non invenimus. Tum magnus numerus eorum sequitur quibus non multi scriptores praeter anonymum usi sunt. Cum autem multa ex iis vocabulis etiam apud Platonem aut Plutarchum aut Polybium inveniantur, ad id significandum Pla aut Plu aut Po iuxta vocabula posuimus. Totum numerum ita divisimus, ut vocabulis simplicibus composita opponeremus et illa in verba, substantiva, adiectiva discerneremus; haec ita disposuimus ut primo loco vocabula quibus α-vel αν-privativum praefixum est collocaremus, deinde ea quibus una aut duae praepositiones antecedunt, tertio loco ea quae ex duobus vocabulis praepositionibus exceptis composita sunt; omnibus autem vocabula aut forma aut sententia aut forma et sententia memorabilia adnexuimus.

Index vocabulorum.

A. vocabula quibus Pseudo-Longinus solus videtur usus esse.

I. verba:

1. ἀντανοίγω 34, 4[1])
2. ἀντισυμμαχέω 17, 1
3. διακληρονομέω 12, 4
4. διαριστεύομαι 13, 4
5. δυσδαιμονέω 9, 7
6. καταφέγγω 34, 4
7. προσεμφανίζομαι 17, 3
8. προσεπιθειάομαι 30, 1
9. προσπεριορίζομαι 28, 3
10. συνεμπνέω 9, 11
11. μικροποιέω 41, 1
12. συομορφέω 9, 14
13. φορταγωγέω 43, 4

II. substantiva:

1. ἀναχοή 35, 4
2. ἀπαύξησις 7, 3
3. ἀπακμή 9, 14
4. ἀποκύλισμα 40, 4
5. ἐκπάθεια 38, 3
6. ἐξέρεισμα 40, 4
7. ἐποικονομία 11, 2
8. εὐπίνεια 30, 1
9. ὀνομάτιον 43, 2
10. τοπηγορία 11, 2

III. adiectiva:

1. ἀδρεπήβολος 8, 1
2. ἀπόψυχος 15, 8
3. ἐναλήθης 15, 8
4. εὐπάλαιστρος 34, 2
5. καινόσπουδος 5
6. κατάρυθμος 41, 1
7. κατασημαντικός 32, 5
8. μεγεθοποιός 39, 4
9. μικροποιός 43, 6
10. ποκοειδής 15, 5
11. ὑψηλοποιός 28, 1
12. ὑψηλοφανής 24, 1

[1]) In hac vocabulorum enumeratione talibus numerorum signis capita et paragraphi indicantur.

Adn. I.
vocabula quibus nisi Pseudo-Longinus hac significatione nemo usus est:

1. διάρσις 8, 1
2. διάστημα 40, 2
3. πολυπρόσωπος 27, 3
4. πύκνωσις 10, 1
5. προσθήκη 21, 2
6. σχημάτιον 17, 1
7. φλόγιον (φλογίον) 35, 4

Adn. II. hac forma tantum apud anonymum exstant:

1. μαγεῖον 32, 5
2. πρόχρησις 27, 2

B. vocabula rara;

I. vocabula simplicia;

a. verba:

1. γειτνιάω 37, 1
2. δεινόω 3, 1
3. διστάζω 28, 1 Plu Pla
4. ἑνόω 22, 3
5. θολόω 3, 1
6. κανονίζω 16, 4
7. κονδυλίζω 44, 4
8. μεγεθύνω 9, 5
9. φοιβάζω 8, 4

b. substantiva:

1. δείνωσις 11, 2 Pla
2. δεκασμός 44, 9
3. εἱρμός 22, 1
4. ζήλωσις 13, 2
5. θέλγητρον 39, 2
6. ἴζημα 9, 13 Plu
7. ἰδιωτισμός 31, 1
8. κορυβαντιασμός 39, 2
9. ὀλόφυρσις 9, 2
10. πραγμάτιον 30, 2
11. πταῖσμα 33, 4
12. στηριγμός 40, 4 Plu
13. στόμφος 32, 7
14. φῦγμα 10, 7
15. φδάριον 41, 2

c. adjectiva:

1. αὐξητικός 38, 2
2. δωρητός 9, 1 Plu
3. ἑρμηνευτικός 23, 1 Pla
4. θρεπτικός 31, 1 Pla
5. κοσμικός 9, 5 Plu
6. λιτός (λιτῶς) 34, 2
7. μειωτικός 42, 1
8. ῥωπικός 3, 4
9. ὑδρωπικός 3, 4 Po
10. φοιβαστικός 13, 2
11. φραστικός 12, 5
12. φωνητικός 30, 1

II. vocabula composita;

a. vocabula ex α vel αν privativo aut praepositionibus et vocabulis aliis composita;

1. α et αν privativum;

verba:

1. ἀλογιστέω 10, 3 Plu
2. ἀνειδωλοποιέω 14, 1 Plu
3. ἀτονέω 11, 2 Plu

adiectiva:

1. ἀβλεμής 29, 1
2. ἀδιανέμητος 22, 3
3. ἀμάλακτος 15, 5 Plu
4. ἀμεγέθης 34, 4
5. ἀμίμητος 28, 4
6. ἀμώμητος 33, 5
7. ἀναλήθης 3, 4
8. ἀναμφίλεκτος 7, 4
9. ἀνεπαίσθητος 4, 1
10. ἀνηθοποίητος 34, 3
11. ἀνοικονόμητος 33, 5
12. ἀπεριόριστος 16, 1
13. ἄπτωτος 33, 4
14. ἄσεμνος 5, 1 Plu
15. ἀστήρικτος 2, 2
16. ἀσύγγνωστος 3, 1

2. praepositiones;

α. vocabula quibus una praepositio praefixa est;

verba:

1. ἀναθεωρέω 7, 3 Plu

2. ἀπαστράπτω 12, 3
3. ἀπεοικώς 22, 4
4. ἀποθαῤῥέω 32, 8
5. ἀποθεόω 16, 2 Plu
6. ἀποσκιάζω 17, 3 Plu Pla
7. ἀποτραχύνω 21, 1
8. ἀποχετεύω 13, 3 Plu Pla
9. διαδορατίζομαι 13, 4 Po
10. διαχαλάω 39, 4
11. διαχλευάζω 29, 1
12. διοίχομαι 10, 3
13. διομαλίζω 33, 4
14. ἐμφέρω 10, 1
15. ἐναφανίζω 17, 2
16. ἐνσπαργανόω 44, 3
17. ἐξομαλίζω 9, 13
18. ἐπακμάζω 13, 4
19. ἐπιτιμάω 15, 5 Plu
20. καταβροντάω 34, 4
21. καταβυθίζω 44, 6
22. κατακιρνάω 15, 9
23. καταποικίλλω 23, 1
24. καταῤῥυθμίζω 41, 2
25. καταρχαιρεσιάζω 44, 9 Plu
26. κατασκελετεύω 2, 1 Plu
27. κατασοφίζομαι 17, 1 Plu
28. κατασπεύδω 19, 2
29. κατολιγωρέω 13, 2
30. μεταπηδάω 22, 1
31. παραξύω 31, 2
32. παρατολμάω 8, 2
33. παρολιγωρέω 33, 2 Pla Plu
34. παρορίζω 10, 6
35. περιαυγέω 17, 2
36. προδηλόω 27, 1 Plu
37. προστραγῳδέω 7, 1
38. προσιστορέω 9, 14 Plu
39. συγκινέω 29, 2
40. συγκορυφόω 24, 2
41. συμβιάζω 10, 6
42. συνακμάζω 44, 2 Plu
43. συνενθουσιάω 32, 4
44. συνθεωρέω 36, 1 Po
45. συνοικονομέω 10, 7
46. συντειχίζω 10, 7
47. ὑποστηρίζω 32, 5 Plu
48. ὑπερβιβάζω 22, 2

substantiva:

1. ἀναθεώρησις 7, 3 Plu
2. ἄναμμα 32, 5 Plu
3. ἀνάστημα 7, 2
4. ἀπήχημα 7, 3
5. διαδρομή 32, 5
6. διάπτωσις 22, 4 Plu
7. δίαρμα 12, 1 Plu
8. ἐγκοπή 41, 3
9. ἐμπρησμός 12, 4 Plu
10. ἐνέργημα 39, 3 Po
11. ἐπιγέννημα 6 Plu
12. ἐπίκρισις 33, 6 Plu
13. ἐπίρρωσις 11, 2
14. ἐποικοδόμησις 39, 3
15. καταιγίς 20, 3
16. κατακάλυψις 17, 3
17. κατόρθωσις 5 Po
18. παράπτωμα 36, 2 Po
19. παρατήρησις 23, 2 Plu
20. παρένθυρσος 3, 5
21. παρόραμα 33, 4 Plu
22. περιήθημα 43, 5
23. προκόσμημα 43, 3
24. προσαγγελία 10, 7
25. προτέρημα 44, 3
26. προσφώνησις 26, 3
27. συγγραμμάτιον 1, 1
28. σύνθλιψις 10, 6
29. ὑπεναντίωσις 10, 3 Plu
30. ὑπέρβασις 22, 3 Po

adiectiva:

1. ἀποτελεστικός 16, 1
2. ἐμφανιστικός 31, 1
3. ἐντρεχής 44, 1 Pla
4. ἐπαινετικός 8, 3
5. ἐπινοητικός 4, 1
6. παρατράγῳδος 3, 1 Plu
7. παράφωνος 28, 1
8. παρορμητικός 14, 3

9. προσεκτικός 26, 3
10. ὕπακρος 34, 1 Pla Plu

β. vocabula quibus duae praepositiones praefixae sunt;

verba:

1. ἀντιδιατίθημι 17, 1
2. ἀντιμεθίστημι 27, 1
3. διεξοδεύω 34, 2
4. ἐγκαταβιόω 44, 1 Plu
5. ἐγκατατάττω 43, 3
6. ἐπεισκυκλέω 22, 4
7. ἐπιπροσθέω 32, 2 Plu
8. ἐπιπροστίθημι 44, 1
9. ἐπισυνάγω 24, 1 Plu Po
10. ἐπισυνδέω 41, 3
11. ἐπισυντίθημι 40, 1
12. ἐπισυστρέφω 24, 1
13. παρεντίθημι 27, 1
14. προαποδίδωμι 41, 2
15. προεισβάλλω 22, 2
16. προέκκειμαι 11, 1
17. προεκπίπτω 38, 1
18. προυπαντάω 17, 3
19. προυποδείκνυμι 43, 5
20. προυπόκειμαι 8, 1
21. προυποτίθημι, 1, 3
22. προσαναπλάττω 7, 1
23. προσαποδίδωμι 9, 12
24. προσεισφέρω 15, 9
25. προσεκπίπτω 15, 8
26. προσεπιθεωρέω 9, 11
27. συναναπλέκω 20, 1
28. συνδιαφορέω 40, 1
29. συνεκλάμπω 44, 3 Plu
30. συνεκλύω 39, 4 Plu
31. συνεκφωνέω 38, 3
32. συνεμβαίνω 9, 10 Po
33. συνεμπίπτω 10, 6 Plu
34. συνεμφαίνω 22, 3
35. συνεξομοίω 39, 2
36. συνεπιβαίνω 15, 4 Plu
37. συνεπικρίνω 1, 2 Plu Pla
38. συνεπιρρώννυμι 11, 2 Plu
39. συνυπάρχω Plu Po

substantiva:

1. ἀντιμετάθεσις 26, 1
2. ἐπισύνθεσις 40, 1
3. ὑπερέκπτωσις 15, 8

γ. tres praepositiones praefixae sunt:

1. προσεπεισφέρω 9, 12
2. κατεξανάστασις 7, 3

b. vocabula
ex aliis vocabulis composita:

verba:

1. δοξοκοπέω 23, 3 Plu
2. δουλαγωγέω 44, 6
3. εἰκονογραφέω 10, 6
4. ἠθολογέω 9, 15
5. θεοφορέω 13, 2; 15, 6
6. ἰσοδρομέω 15, 4
7. ἰσχυροποιέω 12, 2 Po
8. καλλιγραφέω 33, 5
9. μεγεθοποιέω 40, 1
10. νεοττοποιέομαι 44, 7
11. τελεσφορέω 14, 3
12. χρηστομαθέω 2, 3

(Omnia in — έω desinunt).

substantiva:

1. ἀξιοπιστία 16, 2
2. εἰδοποιΐα 18, 1
3. εὐμέλεια 39, 3
4. εὐτελισμός 11, 2
5. ζηλοτυπία 22, 1
6. κουφολογία 29, 1 Plu
7. κυριολογία 28, 1
8. μεγαλοφυΐα 13, 2
9. ὁμοείδεια 41, 1
10. ὀψοποιΐα 43, 3 Pla
11. πανάκεια 38, 5
12. πολυμορφία 39, 3
13. τεκνοκτονία 40, 3 Plu
14. ὑστεροφημία 14, 3
15. ὑψηγορία 14, 1
16. χορήγημα 43, 3 Plu

adiectiva:

1. ἀξιοθαύμαστος Plu 35, 4
2. δύσληπτος 6
3. δωροδόκος 44, 9

4. θεόπεμπτος 34, 4
5. κακόζηλος 3, 5
6. κακόστομος 43, 1
7. μεγαλοῤῥήμων 23, 2
8. μεγαλοφυής 2, 1
9. μικροχαρής 41, 1
10. μονότονος 34, 2
11. ὁλόχρυσος 43, 3
12. παιδομαθής 44, 3 Po
13. πάμφυρτος 9, 7
14. πολλοστημόριος 36, 2 Plu
15. πολύεργος 16, 1
16. πολυΐστωρ 4, 1
17. τραπεζοκόμος 43, 4
18. φλοιώδης 3, 2 Plu
19. φοιβόληπτος 16, 1 Plu
20 δυσεξάλειπτος (compositum ex δυς et adiectivo cui praepositio praefixa est.)

Adn. I.

vocabula rara et forma memorabilia:

1. δοκίμιον 32, 9 Plu
2. ἐναλλαγή 23, 1
3. παιώνειος 16, 2 Plu

Adn. II.

vocabula rara et sensu memorabilia:

1. περιποιέω 22, 1
2. ὑποκρούω 41, 3 Plu
3. ὑπονοστέω 3, 1
4. ἐξοχή 1, 3
5. ἐπιχείρησις 15, 9
6. μυκτὴρ 34, 2 Plu
7. ξηρότης 3, 3 Plu
8. χρηστομάθεια 44, 1
9. ἔμπρακτος 11, 2
10. ἐναγώνιος 9, 13
11. μετέωρος 3, 2
12. ὑπερήμερος 14, 3

Adn. III.

vocabulum et forma et sententia memorabile:

1. γλωττόκωμον 44, 5

Iam si ad totum respicimus, 294 verba delecta apud Pseudo-Longinum reperimus, e quibus 35 apud eum solum videntur legi. Cum autem 259 vocabulorum quae etiam apud alios scriptores exstant tantum unam et vicesimam partem apud Platonem, septimam decimam fere apud Polybium reppererim, Plutarchi scripta, quantum e lexicis cognovi, amplius quartam partem exhibent. Utut res se habet, id ne eum quidem fugiet qui leviter rem attinget scriptorem secundum praecepta sua diligentem verborum delectum habuisse.

Sed accuratius in eam rem inquirentes maiorem etiam auctoris diligentiam et artem cernere nobis visi sumus. Cuius quaestionis viam Birtius nobis monstravit, qui iis quae ad Natorpii librum de ethicis Democriti scriptum addidit de philosophi genere scribendi sagaciter egit. Quod si ad sublimitatem orationis efficiendam duae imprimis res in eligendis vocabulis observandae sunt, et ambitus vocabulorum et ipsa compositio, paucis, si placet, de ratione disseramus qua scriptor in illis triginta quinque vocabulis formandis usus videtur esse.

Ac primum quidem statuendum est magni ambitus voca-

bula, quorum magnum numerum non solum totus liber sed etiam vocabulorum electorum index continet, etiam in ea indicis parte de qua agimus occurrere, velut 12, 4 διακληρονομούμενον, 30, 1 προσεπιθεασώμεθα, 29, 4 προσπεριωρίσατο legimus. Nec desunt vocabula bicorpora — ut eo verbo uti liceat — quibus Birtius (l. l. p. 196) orationi sublimitatem circumdari dicit, ut 41, 1 μικροποιέω, 28, 1 ὑψηλοποιός, 9, 14 συομορφέω, alia.

In componendis autem vocabulis duas rationes auctorem putamus secutum esse. Nam in aliis formandis nisi fallor similitudinem vocabulorum vicinorum, i. e. parhomoisin sive homoiarcton captavit, alia eo consilio finxit ut certas notiones distinctius quam usitatis vocabulis exprimeret.

Itaque 34, 4 καταφέγγει, cuius simplex quoque forma φέγγει rara est, propter καταβροντᾷ quod antecedit formatum est, ut idem esset utriusque vocabuli initium. Eadem fere ratio 34, 4 inter ἀντανοῖξαι et ἀντοφθαλμῆσαι intercedit, qua similitudine duarum in quibus exstant sententiarum similitudo bene adiuvatur: καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου (sc. Δημοσθένους) πάθεσιν. 15, 8 ἐνάληθες sine dubio propter ἔμπρακτον quod antecedit formatum est et 34, 2 εὐπάλαιστρον optime ad εὐγένεια quod antecedit et εὐστόχου quod sequitur quadrat. Eadem ratione auctor fortasse commotus est, ut 13, 4 propter διαδορατιζόμενος scriberet διηριστεύετο, et 17, 3 προεμφανίζεται vocabulo singulas partes vocabulorum προϋπαντᾷ et φαίνεται videtur repetivisse.

In his quattuor vocabulis quae sequuntur formandis dubitare possumus utrum auctor huiusmodi similitudinis an notionis rationem secutus sit. Sunt 11, 2 ἀντισυμμαχεῖται, quod ad συμμαχεῖ referendum est, 41, 1 κατάρυθμα, post quod 41, 2 κατερρυθμισμένα exstat, 35, 4 ἀναχοαί quod ad προχέουσιν spectat.

Homoioteleuti quod contrarium et in simili vocabulorum exitu positum est exemplum ex altera indicis parte adferatur. 9, 1 legitur: καὶ εἰ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον ἢ κτητόν. Jam perspicuum est cur scriptor δωρητὸν sibi concesserit.

Neque vero debet dubitari quin idem reliqua vocabula certae notionis melius exprimendae causa formaverit. In

quibus fingendis nonnunquam vocabulis usitatis adiutus est, velut 38, 3 ἐκπάθεια cum ἐκπαθής cohaeret, 40, 4 ἐξέρεισμα cum ἐξερείδω, 40, 4 ἀποκύλισμα cum ἀποκυλίνδω, 32, 5 κατασημαντικός cum κατασημαίνω, 42, 2 ἀπόψυχος cum ἀποψύχω.

Cum autem ἀπόψυχος vocabulo id quod anima destitutum est apte significetur, auctor 7, 4 facete ad id quod paulatim minuitur notandum ἀπαύξησις vocabulo utitur. Simili modo 9, 14 ἀπακμή vocabulum fingit, ubi decrescentis magnitudinis ingenii notionem exprimere vult. Nec minorem vim praepositio 30, 1 in προσεπιθεασώμεθα vocabulo habet, quo auctor dicit praeter ea quae iam consideravit se etiam aliud contemplari velle, et 29, 4 προσπεριωρίσατο et 9, 11 συνεμπνεῖ, cuius simplex forma 16, 2 exstat (ἐμπνευσθείς).

Valde placet 12, 4 διακληρονομούμενον, quo numeroso et amplo vocabulo incendii cui Ciceronis dicendi genus confertur magnitudo depingitur. Haud scio an 9, 7 δυσδαιμονοῦσιν quod a poetico δυσδαίμων derivatum est, poetice ut totus locus dictum sit. Cuius vocabuli partem -δαιμονοῦσιν ad θεῶν spectare ut paronomasia quaedam evadat non audeo contendere. Maxime autem omnium illorum vocabulorum εὐπίνεια (30, 1) mihi quidem placet, quod felicissime ab auctore formatum nitorem obsoletum vel antiquitatem impexam significat et ab εὐπινής quod de rebus aerugine nobili ornatis dicitur derivatum est.

Restant undecim vocabula binis composita, quibus scriptor notiones ad quas explicandas multis verbis videtur opus esse, brevissime expressit. Sunt 41, 1 μικροποιέω, 43, 6 μικροποιός, 39, 4 μεγεθοποιός, 28, 1 ὑψηλοποιός, 24, 3 ὑψηλοφανής, 11, 1 τοπηγορία, 9, 14 συομορφέω, 43, 4 φορταγωγέω, 15, 5 ποκοειδής, 5 καινόσπουδος, quod vocabulum fortasse per analogiam vocis κενόσπουδος formatum est, 8, 1 ἀδρεπήβολος quod cum similibus auctor fortasse ex Theodoro Gadareo (cf. p. 6, 11) deprompsit.

Haec sufficiant ad artem qua auctor in eligendis vocabulis usus est demonstrandam. Ceterum cum ab auctore orationi sublimi etiam idiotismi concedantur (45, 11 ἔστιν ἄρ' ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παρὰ πολὺ ἐμφανιστικώτερον) ipse vocabulis ὑδρωπικοῦ (6, 2) ῥωπικοῦ (6, 9), ποκοειδοῦς (29, 23), similibus utitur.

De **metaphoris** quae praeter verborum delectum multum ad orationem sublimem reddendam valent Pseudo-Longinus capite 32 agit; quarum usum certis praeceptis non circumscribit, sed multitudinem earum aliter quam Caecilius adfectui permittit nec tales metaphorarum medelas vel emollitiones ut ὡσπερεί, οἱονεί alias, quibus nonnulli rhetores audaciam metaphorarum excusent, valde commendat, quamquam eas non prorsus abicit. Cum auctor saepe adfectibus obsequatur, saepe multae metaphorae uno loco inveniuntur exuberantque apud eum, ut, quamquam cum Theodoro παρένθυρσον vituperat quam animi commotionem inanem et alieno tempore concitatam atque immoderatam dicit esse, tamen interdum in illud ipsum vitium currere videatur. Fortasse etiam his et similibus Theodorus praeivit cum eoque Pseudo-Longinus contra Atticistas stetit. In enumerandis autem metaphoris ita progrediemur, ut primo loco eas adferamus quae sine medelis positae sunt, tum eas addamus quibuscum auctor audaciae leniendae causa tales formulas ut οἱονεί, ὡσπερεί alias coniunxit. In illis autem duobus generibus inter metaphoras quae in verbis aut in substantivis aut in adiectivis aut in adverbiis sunt distinguemus. Sed antequam metaphorarum index adferatur, id etiam moneatur nos non in ea opinione esse, ut metaphoras plene et absolute nobis videamur enumeravisse. Saepe enim difficile est ad diiudicandum utrum translatum vocabulum a cotidiano loquendi usu ita acceptum sit, ut translatio non etiam sentiatur, an metaphorae vim servaverit.

Index metaphorarum.

A. metaphorae quarum audacia nullis medelis mitigata est;

I. metaphorae quae in verbis sunt:

2, 18 ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα[1]); 3, 8 τὰ φυσικὰ ἔργα κατασκελετευόμενα; 6, 7 ὀλισθαίνουσι δ᾽ εἰς τοῦτο

[1]) Hic locus, qui a viris doctis varie temptatus est, mihi quidem non videtur explicatione egere. Nam περιέβαλον eodem sensu intellegendum est quo Plutarchus dicit περιβάλλειν ἱμάτια τοῖς τραχήλοις vel Aeschylus,

τὸ γένος [sc. τὸ μειρακιῶδες]; 6, 9 ἐποκέλλοντες εἰς τὸ ῥωπικὸν; 6, 10 τούτῳ παράκειται τρίτον τι κακίας εἶδος; 7, 4 ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαριωδέστατον; 9, 5 τὰ ἄσεμνα ἐμφύεται τοῖς λόγοις; 9, 6 περὶ ὃ μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν; 9, 15 τὰς ἀνακεκραμένας κακίας τοῖς ὑψηλοῖς; 10, 1 ἀναπτυττόμενα [τὰ διῃρμένα]; 10, 9 ἀκουόμενόν τι — — πίπτῃ — — εἰς ἀπαύξησιν; 11, 6 πέμπτη δὲ μεγέθους αἰτία καὶ συγκλείουσα τὰ πρὸ ἑαυτῆς ἅπαντα; 11, 15 τὰ περὶ τοὺς Ἀλωάδας τῷ ποιητῇ παρατετολμημένα; 12, 10 ἀνατρέφειν τὰς ψυχάς; 13, 4 εἰς τοὺς μάλιστα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ; 16, 1 τὴν τοῦ θείου δύναμιν ἐχώρησε; 16, 6 [Ὅμηρος] εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη συνεμβαίνειν ἐθίζει; 17, 2 μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης; 17, 19 ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη; 18, 5 τοῦ πρακτικοῦ κρατεῖ τὸ μυθικόν; 18, 20 πᾶσι τοῖς πράγμασι συνεδρεύει τινὰ μόρια; 19, 6 τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ — εἰς ἄλληλα συνδῆσαι; 22, 14 [Ἄρατος] τὰς προθέσεις ἀσυνθέτους οὔσας συναναγκάσας παρὰ φύσιν; 22, 15 καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος; 22, 16 τὸ ἔπος ἐβασάνισεν; 22, 18 μόνον οὐκ ἐνετύπωσεν τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα; 23, 8 ἐπεισκυκλούμενα μεγέθη; 24, 2 λόγος μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις; 24, 4 ἐκεῖνα τῷ λόγῳ περιτίθησι ποῖόν τι μέγεθος; 24, 19 οὐκ ἔψυκται; 24, 19 οὐχ οὕτως ἀπαστράπτει; 24, 25 διὰ τὸ οἷον καίειν τε καὶ διαρπάζειν; 25, 4 καιρὸς τοῦ Δημοσθενικοῦ ὑπερτεταμένου; 25, 6 τὸν ἀκροατὴν — καταντλῆσαι; 26, 15 καὶ οὐδ' ἂν ἐπακμάσαι μοι δοκεῖ τηλικαῦτά τινα τοῖς τῆς φιλοσοφίας δόγμασι; 26, 17 καὶ εἰς ποιητικὰς ὕλας πολλαχοῦ συνεμβῆναι καὶ φράσεις; 28, 20 τὴν αὐτὸς αὑτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγικὴν προσηνάγκασεν. 29, 17 τοῦ δ' Αἰσχύλου φαντασίαις ἐπιτολμῶντος; 29, 25 ὁ Εὐρι-

---

medio genere verbi usus, in Agamemnone (1147) περιβάλοντό οἱ (τῇ ἀηδόνι) πτεροφόρον δέμας θεοί. Itaque ut aliquis vestem induere vel — quamquam rarum est — sibi induere dicitur, ita hoc loco per translationem oratores famae suae aeternitatem induere vel — quod propius ad Graecum vocabulum accedit — circumdare dicuntur. Quod circumdandi vocabulum adamavit Tacitus, qui tribus locis famae notionem cum eo coniungit, quos locos huic de quo agimus similes esse negari nequit. Velut dialogi de oratoribus capite 37: Catilina, inquit, et Milo et Verres et Antonius illi [sc. Ciceroni] famam circumdederunt, vel Agric. 20: egregiam famam paci circumdedit vel Hist. 4,11: erantque — — qui principatus inanem ei famam circumdarent.

πίδης κἀκείνοις — προσβιβάζει; 30, 21 [ἡ ῥητορικὴ φαντασία] κατακιρναμένη; 31, 10 ἀπὸ τοῦ ἀποδεικτικοῦ περιελκόμεθα εἰς τὸ κατὰ φαντασίαν ἐκπληκτικόν; 31, 14 τὸ κρεῖττον εἰς ἑαυτὸ τὴν θατέρου δύναμιν περισπᾷ; 32, 19 Δημοσθένης — τοὺς ἀκροατὰς — συναρπάσας ᾤχετο; 33, 5 ἵνα τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τοῖς ἀκούουσιν ἐντέκῃ λόγον ἄξιον; 33, 7 ὁ ποιητὴς ἐπὶ τὸ ἄψυχον ἀπεπλανήθη; 33, 12 ὁ ῥήτωρ — ἑξῆς κανονίζει; 33, 17 τὸ τοῦ τέλους διακέκλοφεν ὄνομα; 34, 11 ἀπέκρυψε τὸ σχῆμα; 34, 22 τὴν τέχνην ἀποσκίαζει; 35, 23 [ἄ?]πλοκα ἐκπίπτει τὰ λεγόμενα; 36, 1 τὰ ἀλλήλων διακεκομμένα; 36, 1 τὰ κατεσπευσμένα; 36, 7 συναναπεπλεγμένα τὰ ἀσύνδετα; 36, 12 Δημοσθένης ἐπ' ἄλλα μεθήλατο ἀσύνδετα; 38, 16 Δημοσθένης εἰς τὸν κίνδυνον τῶν μακρῶν ὑπερβατῶν τοὺς ἀκουομένους συνεπισπώμενος; 38, 17 τὸν νοῦν ὃν ὥρμησεν εἰπεῖν ἀνακρεμάσας; 38, 19 ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις διὰ μέσου καὶ ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλῶν; 38, 19 εἰς φόβον ἐμβαλὼν τὸν ἀκροατήν; 38, 21 τὸν ἀκροατὴν συναποκινδυνεύειν τῷ λέγοντι συναναγκάσας; 39, 14 χυθεὶς εἰς τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμός; 41, 9 [τὸν ἀκροατὴν] ταῖς εἰς ἑαυτὸν προσφωνήσεσιν ἐξεγειρόμενον; 41, 19 ὁ ποιητὴς — τὴν ἀπειλὴν τῷ θυμῷ τοῦ ἡγεμόνος περιέθηκεν; 46, 11 τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός; 44, 18 ἀπανθεῖν τοῖς λόγοις; 45, 20 παραξύει τὸν ἰδιώτην; 49, 13 οἱ παθητικοὶ — αὐταῖς χαίρουσι τόποι; 50, 3 τὸν Πλάτωνα διασύρουσι; 51, 12 ἡ μνήμη ἀπορρεῖ; 52, 2 Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος. 52, 11 οὐδεὶς ἂν — τοῦ Οἰδίποδος εἰς ταὐτὸ συνθεὶς τὰ Ἴωνος ἀντιτιμήσαιτο ἑξῆς; 57, 15 ταῖς δὲ μεταφοραῖς γειτνιῶσιν — αἱ παραβολαὶ eqs.; 58, 9 τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος; 61, 13 ἀκρωτηριάζει τῇ συγκοπῇ τὸ μέγεθος; 65, 3 ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων εἰς τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει; 65, 19 οὐ γὰρ δεῖ καταντᾶν ἐν τοῖς ὕψεσιν εἰς τὰ ῥυπαρά eqs. 69, 2 κατα μαραίνεσθαι τὰ ψυχικὰ μεγέθη; 69, 10 ἠνδραποδισμένοι.

II. metaphorae quae in substantivis sunt:

2, 26 λόγων ὕφος; 7, 21 οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι; 7, 22 ἐκ τῆς Σωκράτους ὄντες παλαίστρας; 10, 12 κατεξανάστασις; 12, 13 ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα; 16, 15 τῆς ἀρετῆς ἐντάφιον; 17, 9 ἰζήματα; 17, 20 πρόχυσιν; 22, 1 ἄνθος; 24, 23 χύσει; 27, 12 ἥρωσι; 32, 20 τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα; 47, 6 σκήνους; 53, 6 μυκτήρ;

56, 22 ἥρωσι; 67, 2 νᾶμα 69, 8 θῆραι θανάτων; 69, 8 ἐνέδραι διαθηκῶν.

III. metaphorae quae in adiectivis sunt:

3, 16 ἀνερμάτιστα; 5, 10 ὀγκηρῷ; 5, 16 φλοιώδης; 9, 17 καθαρὰν ἐπιστήμην; 10, 13 δυσεξάλειπτος; 10, 19 γονιμώταται πηγαί; 13, 3 ἐμβριθεῖς αἱ ἔννοιαι; 23, 2 φλοιῶδες; 23, 6 σύνεδρος 24, 23 ἀποτόμῳ; 38, 12 αὐθάδης; 38, 13 κατακορέστατος; 38, 28 συνεργά.

IV. metaphorae quae in adverbiis sunt:

25, 26 ἀπρίξ; 39, 21 ἀγεληδόν.

B. metaphorae quarum audacia medelis mitigata est:

I. verba: 27, 6 οἷον διαπρέποντα 34, 22 οἷον ἐν κατακαλύψει τηρεῖ 66, 21 οἷον ἐκτρίβεται 26, 19 οἱονεὶ διαδορατιζόμενος 35, 23 οἱονεὶ προχεῖται. 27, 18 ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι 23, 1 ὡς [ἂν] εἴποι τις ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες.

II. substantiva: 62, 18 οἷον ἐν ἀποκυλίσματι 67, 6 οἷον ἔμφρουρον 37, 9 οἱονεὶ χαρακτὴρ — ἀληθέστατος 65, 11 οἱονεὶ στίγματα. 10, 7 ἡ ἐξ ἀσυμφώνων ὡς κρίσις καὶ συγκατάθεσις 63, 7 ὡς ἐν χορῷ 10, 20 ὥσπερ ἐδάφους τινός 61, 23 σχεδὸν ἔρανος 2, 16 ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις 10, 19 πηγαί τινες 26, 6 ἀπορροιαί τινες 41, 12 ἐκβολή τις 59, 4 πανάκειά τις 17, 6 ὡς ἐπεισόδιά τινα 18, 23 καθάπερ ἕν τι σῶμα.

III. adiectiva: 12, 10 ὥσπερ ἐγκύμονας 29, 23 οἱονεὶ ποκοειδεῖς 29, 23 οἱονεὶ ἀμαλάκτους.

Scriptoris ordinem secuti metaphoris adnectimus considerationem comparationum, quas cap. 37 metaphoris finitimas esse dicit. Cum ea autem consideratione dissertationem de allegoriis coniungemus, quamquam scriptor earum mentionem non facit. Nemo vero ignorat, si sententiae quae metaphoris implicatae sunt, explicantur et evolvuntur, allegoriam evadere quae continuata translationum series est. Cum autem, quod materiam attinet, quaedam similitudo inter allegorias et comparationes sit, primo loco universam disputationem de allegoriarum et comparationum quae apud Pseudo-Longinum exstant materiis instituemus; deinde varias formas et comparationum et allegoriarum contemplabimur.

Itaque si quaeritur, unde scriptor comparationum et allegoriarum materiam sumpserit, sententias variis rebus et diversis modis dilucidiores et clariores reddit. Semel tantum (16, 8) ad Olympum nos reicit, quo loco Homericis versibus Homerum cum Graeco belli deo comparat. Ceteris locis comparationes et allegorias e natura et ex hominum vita studiisque haurit. Velut 36, 17 procella commemoratur, 37, 15 varius, 16, 16 nautis secundus ventus. Tempestas fulgura et tonitru secum ferens 2, 26 nobis occurrit, simili modo 54, 16 fulgur et tonitru. De magno incendio auctor 24, 26 loquitur, de igne 16, 18 et 52, 7. 44, 20 lucis et 31, 11 splendoris aliquam rem obscurantis mentio fit. De caelo cum scriptore ad terram descendimus et fundamentum compluribus terrae partibus commune 10, 20 conspicimus. Etiam de antris vapores anhelantibus anonymus 26, 5 loquitur. Saepe ad aquae ut ita dicam elementum reicimur. Velut 24, 15 ad mare ducimur, et 17, 22 recessum aestus Oceani cum scriptore contemplamur. Aliis locis de fluminibus agit. Ita 25, 10 scriptor placidum flumen nobis monstrat, cum torrentis imago 46, 6 nobis ante oculos versetur. Etiam ab artificioso aquae cursu, a derivatione fluminis 26, 10 et a portu 15, 5 imago ducitur. Animalia materiam non praebent nisi duobus locis, 28, 22 ubi comparatione ex Homeri Iliade sumpta Euripides qui ex se tragicum poetam fecerit cum leone confertur, qui cauda latera plangat et 69, 16, ubi cupiditates hominum cum bestiis e carcere missis comparantur.

Maior autem comparationum et allegoriarum pars ab homine eiusque vita et studiis sumitur. Et consentaneum quidem est in libello qui de sublimitate agit multo maiorem numerum ab iis rebus ductum esse, quae ad hominum animos, ad rationes quae inter eos intercedunt, ad varia hominum studia pertinent. Itaque ut ab hominis partu ordiamur 68, 13 procreationem liberorum et 27, 6 foetum immaturum et caecum, abortu elisum ac plane imperfectum, scriptor commemorat. De infantis nutrice 66, 15 loquitur. Etiam arcarum quibus Pygmaeorum vel nanorum liberi includuntur mentionem fieri supra vidimus. Tum nonnulla quoque e vita

liberorum nobis proponuntur, ut 34, 1 insipiens puer qui ab aliquo decipitur, vel 45, 2 puerulus in cuius ore magna persona fixa est. Quam comparationem sine dubio ab auctore ex arte sumptam Birtius mihi dixit marmorisque mentionem fecit quo puer qui personam ante os tenet fingitur. Ratio porro quae inter corpus et animum intercedit tribus locis tangitur. Nam 23, 15 qui ex generibus exaggerationis, quorum nihil sine sublimitate perfectum sit, praeterquam in commiseratione atque tenui dicendi genere, sublimitatem detrahat, is tamquam vitam e corpore eximere dicitur. E contrario 44, 19 scriptor de anima loquitur, quae corpori iniciatur. Hunc autem animum etiam varie adfectum nobis ante oculos ponit. Itaque servilem mentem 67, 5 depingit, animum cupiditate habendi et voluptate captum 68, 1, ebrium sobriorum risum moventem 6, 13. Quibus opponi possunt qui alio furore capti sunt, ut Pythia quae tripodi adpropinquat, ubi e terrae hiatu divinus fumus exhalatur, et gravida vi divina oracula divinitus fundit (25, 26). Similis furor et divinus spiritus 12, 5 depingitur, et 32, 6 Demosthenes deo adflatus et Phoebo plenus similiter ac 50, 3 Plato dicitur[1]). Et cum 35, 14 ii qui ab interrogantibus accensi celeriter ex animique sententia respondent commemorentur, 37, 9 alia observatio ad animum spectans refertur, qua vere irati aut metuentes aut propter aemulationem vel aliam causam indignantes semper a coepta via aberrare et, cum alia proposuerint, mediis quibusdam sine causa interiectis ad alia transsilire, tum ad initia reverti, agitatione animi tamquam procella huc illuc celeriter trahi, verbaque et res et naturalem structurae ordinem multiplici modo dicuntur immutare.

Illas fere imagines auctor ab hominis per se spectati corpore et animo duxit; alias atque, ut iam supra dixi, maiorem partem e societate humana, e ratione quae inter

[1]) Auctor in vocabulis quibus divinus furor circumscribitur adferendis multus est, velut 12, 6 φοιβάζον legitur, 16, 16 Ὅμηρος οὔριος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν, 25, 26 ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι, 26, 3 ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθισταμένην δυνάμεως, 26, 7 ἐπιπνεόμενοι, ibid. φοιβαστικοί, 26, 8 τῷ ἑτέρων συνενθουσιῶσι μεγέθει, 32, 6 ἐμπνευσθείς, alia.

populos intercedit, ex hominis studiis ac doctrina sumpsit. Itaque societatis quae inter duas civitates est 33, 23 duobus verbis mentionem facit. Ad symmoriam — sit venia Graeco vocabulo — quod institutum Athenis plurimum valebat, 36, 5 et 61, 24 reicimur. Mundus 55, 11 magna celebratio appellatur, cum 68, 18 belli mentio fiat.

Nemo meo quidem iudicio mirabitur quod auctor saepe comparationes et allegorias a certaminibus sumit, quoniam certamen de summis in litteris honoribus saepius ab eo commendatur. 26, 10 et 55, 11 certamen cum iudicibus, spectatoribus, testibus nobis ante oculos ponitur. Recens adversarius, qui cum veterano et spectato pugnat, 26, 17 occurrit; alius, qui quinquertio a ceteris athletis vincitur, ipse vero artis imperitos vincit, qui omnes superare studet neque vero id consequitur 52, 14 ostenditur. De currentium corporibus ita constrictis ut currere non possint 37, 2 agitur. 66, 20 scriptor de praemiis propositis quae victorem exspectant dicit, 51, 17 de suffragio secundum quod aliquis principi loco dignus est. Victoriae vero praemia 26, 22, ubi etiam de clade non ingloria dicitur, et 56, 24 commemorantur. Etiam bestiarum quae in ludis e carcere emittuntur 69, 16 mentionem fieri supra vidimus.

Quibus comparationibus et allegoriis a certaminibus sumptis locum (4, 1) adnectimus, qui ad artem equitandi pertinet. Ibi auctor Platonis et Aristotelis dicterio usus magnitudinem saepe ut stimulo ita freno egere dicit. Iam si ad varia hominum studia transimus, fabrorum illi clavi sunt qui 63, 9 commemorantur. Duobus locis sculptorum ars laudatur, 26, 13, ubi imitatio magnorum scriptorum expressa formarum aut effigierum aut operum pulchrorum similitudo appellatur, et 44, 7, qui locus magnitudinem tractat quae in pulcherrimis statuis cum aliis virtutibus efflorescat. Hic etiam loci supra tractati (45, 2) meminerimus, qui de puero agit. Quod picturam attinet, ei comparatio debetur quae 34, 15 exstat. Ibi de umbra et luce in eadem tabulae superficie iuxta coloribus expressis agitur, quarum tamen haec multo prius illa oculis occurrat nec solum emineat sed multo etiam propior

esse videatur. Duae comparationes quae 23, 3 et 63, 9 exstant, ab architectura ductae sunt. Ad medicinae quoque artem auctor 32, 15 alludit, ubi Demosthenes in audientium animos medicinam inmittere dicitur. Ars musica 43, 11 breviter perstringitur. 42, 23 narratur quomodo in musicis soni primarii aliis adsumptis suaviores fiant. Hic etiam capitis 39 locum commemoremus, qui quidem nec comparationem neque allegoriam continet, sed ad magnam vim orationis numerorum ostendendam servit. Ibi enim vehementes adfectus tibia excitari et audientes velut de statu deiecti furore repleri atque, cum eorum animis numerus impressus sit, ipsi ad numerum ire et cantum gressu imitari dicuntur. Etiam citharae sonorum varietate, mutua fidum pulsatione, concentu multiformi qui eam audiant mire oblectari auctor dicit. Denique 63, 7 odariis homines a re abstrahi contendit eosque nobis ante oculos ponit qui in choro odariorum numerum ante finem cognoverint eumque pedibus plodant. Atque ut tandem aliquando huius comparationum et allegoriarum enumerationis finis fiat, duo etiam loci adferantur qui ad poesim spectant, alter ad comoedias, ad tragoedias alter. Illius enim 18,16 mentio fit, ubi ea quae in Odyssea de aedibus Ulixis narrantur cum comoedia vitae usum et mores imitante comparantur, cum 30, 16 tragici poetae commemorentur, qui furias videant et personas furias conspicientes in tragoediis inducant. Tantum de fontibus e quibus auctor comparationum et allegoriarum materiam sumpsit.

Iam ad formam comparationum contemplandam accedamus. Cum autem eius figurae — nam a plerisque comparationes in figuris numerantur — duo genera sint, alterum earum quae ex duobus membris perfectis et absolutis, ex protasi et apodosi consistunt, alterum earum quae breviores sunt et protasi perfecta carent, primum harum brevium comparationum enumerationem faciamus. Ac primo quidem earum genere eae comparationes breves continentur quibus duo subiecta, quorum ad utrumque verbum referendum est ita inter se conferuntur, ut alterum cum particula comparativa coniungatur, alterum ea careat. His locis inveniuntur: 24, 15

* * πλουσιώτατα, καθάπερ τι πέλαγος, εἰς ἀναπεπταμένον κέχυται πολλαχῇ μέγεθος 24, 26 Κικέρων ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς οἶμαι πάντη νέμεται καὶ ἀνειλεῖται 26, 17 εἰ μὴ [ὁ Πλάτων] περὶ πρωτείων — πρὸς Ὅμηρον, ὡς ἀνταγωνιστὴς νέος πρὸς ἤδη τεθαυμασμένον — διηριστεύετο. Qui locus ob id quoque memorabilis est, quod etiam Homerus cum adversario iam spectato comparatur. 30, 15 καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες καθάπερ οἱ τραγῳδοὶ βλέπουσιν Ἐρινύας 34, 1 εἰ [ὁ κριτὴς] ὡς παῖς ἄφρων ὑπὸ τεχνίτου ῥήτορος σχηματίοις κατασοφίζεται. 36, 17 εἶτ' ἐντεῦθεν πάλιν [Δημ.] ὡς αἱ καταιγίδες ἄλλην ποιούμενος ἐμβολήν. 52, 14 [Ὑπερίδης] ἐστὶ σχεδὸν ὕπακρος ἐν πᾶσιν ὡς ὁ πένταθλος. 2, 26 ὕψος δέ που καιρίως ἐξενεχθὲν τά τε πράγματα δίκην σκηπτοῦ πάντα διεφόρησεν. 49, 13 praetermittatur, quia veram comparationem non exhibet.

In altero comparationum brevium genere praedicatum nisi ad enuntiationis subiectum non spectat, et comparatio inter duas res locum habet, cum de actione non agatur: 43, 11 [Πλάτων] καθάπερ ἁρμονίαν τινὰ τὴν ἐκ τῆς περιφράσεως περιχεάμενος εὐμέλειαν; 54, 14 ἐπειδὴ [Δημοσθένης] ταῦτα [ὑψηγορίας τόνον, ἔμψυχα πάθη eqs.] — ὡς θεόπεμπτα δεινὰ δωρήματα — ἀθρόα εἰς ἑαυτὸν ἔσπασεν; 17, 22 οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν Ὠκεανοῦ καὶ περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημουμένου τὸ λοιπὸν φαίνονται τοῦ μεγέθους ἀμπώτιδες eqs.; 44, 17 ὀνομάτων ἐκλογὴ μέγεθος ἅμα, κάλλος . . . τοῖς λόγοις ὥσπερ ἀγάλμασι καλλίστοις δι' αὐτῆς ἐπανθεῖν παρασκευάζουσα; 26, 5 ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζηλούντων ἐκείνους ψυχὰς ὡς ἀπὸ ἱερῶν στομίων ἀπορροιαί τινες φέρονται; 38, 18 Δημοσθένης τὸν νοῦν ὃν ὥρμησεν εἰπεῖν ἀνακρεμάσας καὶ μεταξὺ ὡς εἰς ἀλλόφυλον καὶ ἀπεοικυῖαν τάξιν ἄλλ' ἐπ' ἄλλοις ἐπεισκυκλῶν; 55, 11 ἡ φύσις ὡς εἰς μεγάλην τινὰ πανήγυριν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς καὶ εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπάγουσα; 51, 3 ἐν τοῖς μεγέθεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄγαν πλούτοις, εἶναί τι χρὴ καὶ παρολιγωρούμενον; 37, 15 οἱ τῷ ὄντι ὀργιζόμενοι πάντη πρὸς τῆς ἀγωνίας ὡς ὑπ' ἀστάτου πνεύματος τῇδε κἀκεῖσε ἀγχιστρόφως ἀντισπώμενοι.

Tertium denique brevium comparationum genus id est in quo res sola, quacum alia confertur, non ipsa res quae comparatur, expressa est. Sunt quattuor hi loci: 6, 13 πολλὰ —

ὥσπερ ἐκ μέθης τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια [δ'] ἑαυτῶν καὶ σχολικὰ παραφέρονται πάθη; 12, 5 ὥσπερ ὑπὸ μανίας τινὸς καὶ πνεύματος ἐνθουσιαστικῶς ἐκπνέον καὶ οἱονεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους; 50, 3 [Πλάτωνα] ὥσπερ ὑπὸ βακχείας τινὸς τῶν λόγων εἰς μεταφορὰς ἐκφερόμενον.

A brevibus comparationibus ad longas et perfectas transimus. Simplicissima et usitatissima comparationis forma, ubi protasi ὡς particula, apodosi οὕτως praemittitur, 35, 14, 37, 9, 42, 23 exstat. In protasi ὥσπερ pro ὡς, in apodosi οὕτως 37,2 et 67,8 legitur. Duobus locis ad posterioris sententiae οὕτως scriptor καὶ addit, ut formula ὥσπερ—οὕτω καὶ evadat, sunt autem 63, 2 et 65, 6. Contra καὶ particula non ad οὕτω sed ad ὥσπερ addita est 34, 12. Quinto loco comparationem commemoramus quae 45, 2 exstat. Ibi vero protasis apodosim sequitur, neque ὥσπερ apodosi, quae huius comparationis prior pars est, sed ταὐτὸν praemittitur. Jam de duobus locis dicendum est quorum protasi καθάπερ particula praeposita est, 9, 22 de quo supra egimus, et 61, 17. Neque vero una eos tractare possumus, quia apodoses valde inter se differunt. Illius autem comparationis quae 9, 22 exstat apodosis initium adverbio τῇδε formatur, quod idem fere ac οὕτως significat. Verum intra protasim et apodosim tres sententiae interpositae sunt, quae ita alia aliam sequuntur, ut post tertiae finem non etiam certe sciamus, utrum apodosis ad protasim referenda sit an novus sententiarum tenor incipiat.

Alterum exemplum quod 61, 17 exstat non minus memorabile est nec explicari potest nisi per anacoluthiam. Auctor ibi dicere voluerat, ut recta compositione membrorum bona corpora fierent, ita recta compositione singularium partium sententiarum bonam periodum evadere. Si nihil adspicimus, nisi priorem illam sententiam ἐν δὲ τοῖς μάλιστα μεγεθοποιεῖ τὰ λεγόμενα, καθάπερ τὰ σώματα ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις, non corporis membrorum, sed sententiarum membrorum compositio videtur significari. Auctor enim ita intellegendus est ut dicat compositione membrorum sententiarum ea quae pronuntiantur grandia fieri eodem modo quo membrorum corporis compositione corpus ipsum. Enuntiatio autem relativa ὧν ἓν μὲν eqs., si

ad sententiarum membra spectaret, bene cum antecedente sententia coniungeretur. Sed cum enuntiatio quae sequitur, quae nova atque ea primaria habenda esset, de sententiarum membris loquatur, illa verba non ad sententiae, sed corporis membra referenda sunt. Tum vero non nova sententia esse potest, sed apodosis et ad καθάπερ referenda est. Quae si ita explicantur, magna difficultas exsistit, quod in enuntiatione, cui οὕτω praemissum est, novum verbum finitum invenitur quod post μεγεθοποιεῖ non etiam desideratur. Neque ea difficultas nisi per anacoluthiam videtur explicari posse[1]). Aliter res cum comparatione quae 25, 26 incipit se habet. Ibi simplici comparationis forma dicitur multos oratores alienorum quos imitentur spiritu eodem modo quo Pythiam divino fumo gravidam agitari: quamquam in comparatione pro — οὕτως — ὡς formulam quae idem significat τὸν αὐτὸν τρόπον ὃν invenimus. Sed cum auctor protasim ad quam exprimendam tot verbis opus non erat, multis verbis ad Pythiam illudque antrum quod divinum spiritum exhalat spectantibus etiam exornavisset, oblitus est, ut ita dicam, se apodosim iam initio comparationis posuisse, itaque οὕτως coniunctione usus per palindromiam simili modo quo 61, 17 apodosim iterum ponit.

Omnino libera vero — ut ita dicam — forma auctor 34, 15 comparationen induit. Ibi quod ad sententiam attinet comparationem exstare nemo negabit, praesertim cum animadverterit ante ipsum locum similes sententias comparatione esse expressas. Verum nulla particula comparativa reperitur, et protasis loco, quae ὡς particula incipiat, mera enuntiatio affirmativa exstat, qua dicitur in tabulis lucem coloribus expressam prius ad hominum oculos venire quam umbram. Cui enuntiationi altera adnexa est, qua in orationibus quoque figurae adfectu et sublimitate animis nos stris propioribus semper obscurari dicuntur, ut non molestae fiant. Sed cum ei sententiae οὐκοῦν particula conclusiva anteposita sit, totum conclusionis formam sibi adsumpsit. Idem de duobus aliis locis dicendum est, quos propter sententiam

[1]) Fortasse locus sanari potest — Birtii proponimus coniecturam — si interductus post τὰ λεγόμενα deletur et post ὃν inseritur ὥσπερ.

quam exprimunt, non propter formam adfero (59, 18 et 69, 4). Sine dubio ea quae 59, 18 dicuntur bene comparationis forma ita induci poterant, ut auctor diceret, ut eorum qui audirent animi tibiae et citharae sonis commoverentur, ita eosdem orationis numeris valde delectari. Verum toti sententiae conclusionis formam dedit, cum duobus membris iuxta positis admirabilem et tibiae et citharae vim descripsit iisque membris conclusionem addidit. Geminum huius loci exemplum, quod ad rem quam ipse tractat attinet, Vahlenus appellat locum qui 69, 4 incipit (l. l. p. 5., v. 14). Quae significatio etiam apta est, si ad rem nobis tractandam respicimus. Auctor enim, cum etiam hoc loco per comparationem dicere posset, ut in vita communi corruptus iudex non etiam verum sanumque iudicium facere posset, ita illis temporibus corruptis verum sublimitatis iudicem non reperiri, comparationis loco toti sententiarum tenori conclusionis formam induit.

Sed cum verear ne longius a proposito aberrem, iam in fine huius quaestionis de duobus locis dignis qui soli tractentur loquar. Sunt autem 16, 18 et 28, 21. Illo enim loco auctor Homerum, quem modo allegorice ventum secundum appellavit, cum furente Marte et cum magno igne qui montium silvas edit comparat. Neque vero comparationem suis ipsius verbis ornat, sed totum locum ex Iliade in librum suum transfert, verum ita ut etiam tertium ex Iliade versum suo more paulum mutatum addat quo Hectoris os spumare dicitur. Itaque auctor Homerum ipsum sublimem Iliadis P 645 locum componentem ut Martem vel ut ignem edacem furere et spumam in ore habere dicit. Cui loco magna similitudo cum 28, 21 est. Nam ibi Euripides, qui mentem suam ad altitudinem duxerit, res sublimes tractans cum leone comparatur, qui latera et femur cauda flagellando se ad pugnam irritet. Hos quoque versus, verum verbis ὡς ὁ ποιητής additis auctor ex Homero deprompsit. Tantum de comparationibus.

Exposita igitur comparationum forma restat ut de allegoriis loquamur et examinemus qua forma a scriptore indutae sint. Cum magnam similitudinem inter eas et metaphoras intercedere supra dixerimus, nemo mirabitur quod auctor magnum



eorum numerum cum simili, ut ita dicam, fulcro grammatico sive logico ac metaphoras coniunxit. Itaque allegoriae quae excusatione carent, ab iis quibus scriptor excusationem addidit, discernendae erunt. In iis autem quae ab eo excusantur, vocabulum fulcri loco positum aut ad totam allegoriam aut ad singula verba referendum est. Quibus praemissis iam allegoriarum indicem damus:

A. allegoriae quae excusatione carent:

3, 17 δεῖ γὰρ αὐτοῖς [τοῖς μεγάλοις], ὡς κέντρου πολλάκις, οὕτω δὲ καὶ χαλινοῦ; 15, 5 ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος; 16, 16 Ὅμηρος οὔριος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν; 25, 25 καί γε τούτου ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ; 26, 10 ὁ Πλάτων ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ κείνου νάματος μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος; 26, 21 καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος καὶ ἀξιονικότατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ στέφανος, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεστέρων οὐκ ἄδοξον; 27, 10 τῷ γὰρ ὄντι μέγα τὸ ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τῶν ἰδίων λόγων δικαστήριον καὶ θέατρον καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι καὶ κριταῖς τε καὶ μάρτυσιν ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας; 31, 11 ᾧ τὸ πραγματικὸν ἐγκρύπτεται περιλαμπόμενον; 33, 13 διὰ ταῦθ' ἑξῆς κανονίζει καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγει καὶ ὀνόματα; 44, 20 φῶς γὰρ τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα; 51, 17 οἶμαι τὰς μείζονας ἀρετὰς — τὴν τοῦ πρωτείου ψῆφον μᾶλλον ἀεὶ φέρεσθαι; 56, 23 ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος, οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια καὶ ἄχρι νῦν ἀναφαίρετα φυλάττει καὶ ἔοικε τηρήσειν,

ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ;

66, 15 ἡ δημοκρατία τῶν μεγάλων ἀγαθὴ τιθηνός. 68, 18 τὰ φρουροῦντα τὸν νῦν βίον καὶ κατ' ἄκρας ἄγοντα καὶ φέροντα ταυτὶ πάθη. 68, 8 sqq. magna illa et insignissima allegoria in priore parte (p. 8) a nobis commemorata, qua auctor ostendit quomodo cupiditas habendi et voluptas omnium malorum parentes appellari possint.

B. allegoriae quibuscum excusationes coniunctae sunt.

I. allegoriae quarum excusatio ad universam sententiam referenda est:

a. ὡς: 23, 15 ὡς ψυχὴν ἐξαιρήσεις σώματος; 26, 13 ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν εἰδῶν ἢ πλασμάτων

ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις. 8, 10 ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος.[1])

b) ὥσπερ: 50, 3 Πλάτωνα ὥσπερ ὑπὸ βακχείας τινὸς τῶν λόγων — ἐκφερόμενον.

c) ὡσπερεί: 54, 16 Δημοσθένης ὡσπερεὶ καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥήτορας.

d) ὡσανεί: 63, 9 ὡσανεὶ γόμφοις τισὶν ἐπαλλήλοις κατ' ἐγκοπὰς καὶ σκληρότητας ἐπισυνδεδεμένα.

e) οἷον: 52, 7 ὁ δὲ Πίνδαρος καὶ Σοφοκλῆς ὁτὲ μὲν οἷον πάντα ἐπιφλέγουσι τῇ φορᾷ, σβέννυνται δ' ἀλόγως πολλάκις.

f) οἱονεί: οἱονεὶ ψυχήν τινα τοῖς πράγμασι φωνητικὴν ἐντιθεῖσα.

g) πώς: 33, 23: φύσει πως συμμαχεῖ τε τῷ ὕψει τὰ σχήματα καὶ πάλιν ἀντισυμμαχεῖται θαυμαστῶς ὑπ' αὐτοῦ.

h) οὐκ οἶδ' ὅπως: Ἰσοκράτης οὐκ οἶδ' ὅπως παιδὸς πρᾶγμα ἔπαθεν.

i) σχεδόν: 61, 23 σχεδὸν ἐν ταῖς περιόδοις ἔρανός ἐστι πλήθους τὰ μεγέθη.

II. allegoriae quarum excusationes ad singula vocabula spectant:

a) ὥσπερ: 27, 16 ἀνάγκη καὶ τὰ συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τούτου ψυχῆς ἀτελῆ καὶ τυφλὰ ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι, πρὸς τῆς ὑστεροφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον.

b) οἷον: 36, 5 ὅταν δύο ἢ τρία οἷον κατὰ συμμορίαν ἀνακιρναμένα ἀλλήλοις ἐρανίζῃ τὴν ἰσχὺν τὴν πειθὼ τὸ κάλλος; 66, 20 ἑκάστοτε τὰ ψυχικὰ προτερήματα τῶν ῥητόρων μελετώμενα ἀκονᾶται καὶ οἷον ἐκτρίβεται καὶ τοῖς πράγμασι κατὰ τὸ εἰκὸς

---

[1]) Rohdius in Mus. Rhen. (XXXV., 310.) ὡς φὼρ ἰοῦ τινος legendum proponit. Quae coniectura nobis non probatur. Nam quamquam non contendimus posse nullo modo frigidam Xenophontis vocem cum viro comparari — quae quidem comparatio difficilis et contorta videtur — tamen facere non possumus quin quaeramus num fures virus auferre soleant. Accedit quod viri notio prorsus supervacua est neque omnino desideratur. Auctor cum dicere vellet quam cupide Timaeus illam vocem Xenophonteam adripuisset satis habuit eum cum fure aliquid auferente comparare. Itaque ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος scripsit, quibus verbis nobis quidem videtur idem dicere voluisse quod verbis rem furto ablatam capere et adripere vel furtum facere exprimitur. Sola difficultas in eo est, quod scriptores φωρίων numero plurali uti solent. Sed cum cognoverimus auctorem magnum numerum vocabulorum ipsum finxisse, hunc quoque φωρίου singularis numeri usum ei concedamus.

ἐλεύθερα συνεκλάμπει: 67, 5 εὐθὺς γὰρ ἀναζεῖν τὸ ἀπαρρησιάστον καὶ οἷον ἔμφρουρον ὑπὸ συνηθείας κεκονδυλισμένον.

c) οἱονεί: 32, 6 οἱονεί φοιβόληπτος γενόμενος.

d) καθάπερ: 32, 6 καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ.

e) ὡς ἂν εἴποι τις: 68, 1 ἡ φιλοχρηματία καὶ ἡ φιληδονία δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ ὡς ἂν εἴποι τις καταβυθίζουσι τοὺς βίους.

f) τὶς: 25, 10 ὁ Πλάτων τοιούτῳ τινὶ χεύματι ἀψοφητὶ ῥέων; 23, 15 καὶ ἅμα παιώνειόν τινα καί ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς καθιεὶς λόγον; 55, 11 ἡ φύσις ὡς εἰς μεγάλην τινὰ πανήγυριν εἰς τὸν βίον καὶ εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπάγουσα θεατάς τινας τῶν ἄθλων αὐτῆς ἐσομένους καὶ φιλοτιμοτάτους ἀγωνιστάς; 34, 6 τὸ τοίνυν ὕψος καὶ πάθος τῆς ἐπὶ τῷ σχηματίζειν ὑπονοίας ἀλέξημα καὶ θαυμαστή τις ἐπικουρία καθίσταται καί πως παραληφθεῖσα ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη τοῖς κάλλεσι καὶ μεγέθεσι τὸ λοιπὸν δέδυκεν καὶ πᾶσαν ὑποψίαν ἐκπέφευγεν.

Multis allegoriarum exemplis hyperboles, quem tropum scriptor in fine eius partis tractat quae de tropica oratione agit (XXXVIII.) nisi unum exemplum opponere nequeo. Quod capite 34 exstat quo Demosthenis oratio cum Hyperidis comparatur et valde laudatur. Ibi auctor comparationem ita concludit ut dicat celerius aliquem oculos fulguri quam cumulatis oratoris adfectibus obvertere posse: καὶ θᾶττον ἄν τις κεραυνοῖς φερομένοις ἀντανοῖξαι τὰ ὄμματα δύναιτο ἢ ἀντοφθαλμῆσαι τοῖς ἐπαλλήλοις ἐκείνου πάθεσιν.

Quoniam vero hyperboles exemplum ostendimus, etiam duos locos adferamus quibus litotes exstat. Cui tropo ea similitudo cum hyperbole est, ut haec rem ultra modum augeat et amplificet, ita ut decens veri superiectio evadat, cum illius natura sit, ut negatione per speciem veram alicuius rei rationem minuat, re vera eam augeat. Duo autem huius tropi exempla mihi occurrerunt. Alterum eorum 15, 17 exstat quo loco Moses οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ dicitur, alterum 28, 19 ubi similiter Euripides ταῖς ἄλλαις ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος appellatur.[1])

---

[1]) Ceterum cum his exemplis talia conferri possunt: 25, 12 οὐκ ἀγνοεῖς; 28, 6 οὐκ ἂν λάθοι σε; 33, 21 οὐκ ἄξιον ἐπὶ τούτου τοῦ τόπου παραλιπεῖν; 44, 19 μὴ καὶ περιττὸν ᾖ πρὸς εἰδότας διεξιέναι; 59, 3 ὡς οὐ διαλείπω λέγων; 66, 6 οὐκ ὀκνήσομεν ἐπιπροσθεῖναι.

Quibus rebus expositis, antequam ad quintam totius dissertationis partem progrediar, de duabus rebus etiam disserere mihi liceat, quae, quamquam neque in figuris neque in tropis numerandae sunt, tamen aliquid ad sublimitatem orationis augendam adferre possunt. Loquar enim de ratione qua auctor sententias universe dictas orationi inseruerit et aliorum auctorum locos attulerit.

Ac primum quidem, cum sine dubio sententiae universe dictae ad sublimitatem orationi circumdandam valeant, nonnulla talium sententiarum, quas auctor compluribus locis orationi inseruit, exempla adferamus: 9, 7 ἀφ' ὧν γὰρ ἡμῖν τἀγαθά, σχεδὸν ἀπ' αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ γεννᾶσθαι φιλεῖ. 12, 12 ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα. 33, 13 [διδάσκων ὅτι] κἂν βακχεύμασι νήφειν ἀναγκαῖον. 39, 24 [ἐπεί τοι] τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιστικόν. 44, 20 φῶς [γὰρ] τῷ ὄντι ἴδιον τοῦ νοῦ τὰ καλὰ ὀνόματα. 49, 8 [καὶ γὰρ] ὁ γέλως πάθος ἐν ἡδονῇ. 51, 1 [ἐγὼ δ' οἶδα μέν, ὡς] αἱ ὑπερμεγέθεις φύσεις ἥκιστα καθαραί. 51, 2 τὸ [γὰρ] ἐν παντὶ ἀκριβὲς κίνδυνος μικρότητος. 57, 5 φύσει [δὲ] λογικὸν ὁ ἄνθρωπος. 67, 14 ῥᾴδιον [, — ὦ βέλτιστε,] καὶ ἴδιον ἀνθρώπου τὸ καταμέμφεσθαι τὰ ἀεὶ παρόντα.

Qui numerus sententiarum universe dictarum fortasse ab aliquo augetur, cum non semper sine ulla dubitatione diiudicari possit, utrum sententiae prorsus universe prolatae sint an ad solum locum spectent quo exstant. Sed utut res se habet, etiam ex illis paucis exemplis rhetoris ars videtur elucere, qui orationem variis floribus consperserit.

Neque vero in ea sola re sublimitas quaedam cernitur, verum etiam in forma qua sententiae in contextu verborum positae sunt. Nam cum illae sententiae absolutae brevitate, quae talibus sententiis optime congruit, insignes sint, id quoque videtur sublime esse, quod in iis oraculi instar semper ἐστὶν omittitur.[1])

Quam rationem verbi substantivi quod vocatur omittendi auctor tantopere amat, ut in quaque fere libelli pagina exem-

[1]) Utramque rem ad sententias absolutas quae in Democriti ethicis exstant pertinere Birtius ostendit (l. l. p. 181).

pla exstent. Itaque non solum sententiae prorsus absolutae ea forma indutae sunt, sed etiam eae quibus auctor id quod proponit maiore vi dicere vult. Cuius rei illustrandae gratia nonnulli loci adferantur: 6, 3 τὸ [δὲ] μειρακιῶδες ἄντικρυς ὑπεναντίον τοῖς μεγέθεσι· ταπεινὸν γὰρ ἐξ ὅλου καὶ μικρόψυχον καὶ τῷ ὄντι κακὸν ἀγεννέστατον. 10, 10 τοῦτο [γὰρ] τῷ ὄντι μέγα, οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθεώρησις, δύσκολος δέ, μᾶλλον δ' ἀδύνατος, ἡ κατεξανάστασις. 11, 22 [ὅθεν] ἥκιστα τῶν ῥητόρων οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοὶ ἢ ἔμπαλιν οἱ ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς (cuius sententiae structura quam artificiosa sit velim consideres). 36, 11 ἐν στάσει [γὰρ] τὸ ἠρεμοῦν, ἐν ἀταξίᾳ δὲ τὸ πάθος. 37, 19 τότε γὰρ ἡ τέχνη τέλειος, ἡνίκ' ἂν φύσις εἶναι δοκῇ, ἡ δ' αὖ φύσις ἐπιτυχής, ὅταν λανθάνουσαν περιέχῃ τὴν τέχνην (neque huius sententiae structura arte caret, nec duae quas iam adferimus). 46, 3 ὁ [γὰρ] Δημοσθένης ὅρος καὶ τῶν τοιούτων [sc. metaphorarum usus], ὁ τῆς χρείας δὲ καιρός. 51, 19 [ἐπείτοιγε καὶ] ἄπτωτος ὁ Ἀπολλώνιος ἐν τοῖς Ἀργοναύταις ποιητὴς κἀν τοῖς βουκολικοῖς πλὴν ὀλίγων τῶν ἔξωθεν ὁ Θεόκριτος ἐπιτυχέστατος. 60, 20 ἀποχρῶσα [γὰρ] ἡ πεῖρα πίστις. 62, 1 μικροποιοῦν [δ'] οὐδὲν οὕτως ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ὡς ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγου καὶ σεσοβημένος. Aliae eius modi sententiae permultis locis exstant, ut 2, 6; 3, 6; 4, 15; 9, 3; 9, 8; 11, 4; 13, 2; 19, 2; 25, 26; 26, 22; 27, 10; 30, 12; 30, 13; 30, 17; 33, 20; 34, 10; 43, 19; 43, 22; 44, 15; 45, 1; 49, 8; 52, 6; 63, 10; al.

Nonnumquam auctor eam dicendi rationem viamque temptat, cum de aliqua re quam tractavit iudicium facturus est, velut 5, 5, postquam locum Aeschyleum citavit, pergit οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα. IV, 2 Pseudo-Longinus comparationem frigidam Alexandri cum Isocrate a Timaeo factam adfert, de qua 7, 8, iudicium facit his: θαυμαστή γε τοῦ Μακεδόνος ἡ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις. Cum illis locis conferri possunt 14, 16; 54, 14; al.

Eodem dicendi modo auctor non raro utitur, antequam aliorum scriptorum locos adferat, velut 39, 5 legimus τοιαῦτα παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὰ ἐπὶ τοῦ Οἰδίπου, quae verba locus Sophocleus sequitur. Similes loci sunt 13, 9. 49, 24. 42, 11. 43, 3. 58, 24. al.; possunt cum iis conferri 5, 17. 6, 17. 38, 10. 40, 16. al.

Restat ut complures locos adferamus quibus tota sententia quae verbo substantivo caret in uno vocabulo consistit, ex quo aliae sententiae pendent.

Quo munere ἀνάγκη vocabulum 68, 17 et 69, 6 fungitur, ἀναγκαῖον 12, 15, δῆλον 6, 6. 49, 13. 63, 15, οἷόν τε 12, 9. 12, 18.

Denique quod rhetor multis locis, ubi adiectivis quae verbalia dicuntur utitur, verbum substantivum omittit, ut 3, 2. 9, 18. 9, 28. 12, 8. 17, 2. 23, 21. 45, 8. 47, 5. 53, 10. 57, 15. al., in ea re nihil miri est.

Neque vero auctor in omittendo vel ponendo verbo substantivo certas rationes secutus est. Nam cum, ut exemplum adferam, ἐστὶν quod 59, 10 exstat propter πὼς orationi insertum esse videatur (καί πως ὁ διασυρμὸς ταπεινότητός ἐστιν αὔξησις), 19, 12 enuntiatio in qua πὼς exstat verbo substantivo caret (τοιοῦτόν πως καὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ ὑπερβολαὶ καὶ τὰ πληθυντικά). Si autem eam rem considerantes quod sententiae absolutae quae in ethicis Democriteis sunt, in enuntiationibus relativis verbo substantivo non carent, concludamus idem esse apud Pseudo-Longinum, nos fallat opinio. Id quod ex compluribus locis intellegitur, ubi contrarium cernitur, ut 9, 7. 10, 2. 35, 2. al.

Itaque etiam in aliis enuntiationibus secundariis ab auctore verbum substantivum omittitur: post καὶ εἰ 12, 8, post εἰ καὶ 60, 20, post εἰ μὴ 66, 12, post ἐπεὶ 31, 19. 39, 24, post ὅτι 49, 13, post ὡς 51, 1.

Quibus locis alii opponi possunt, ubi verbum substantivum, quod non exspectatur, exstat, ut 9, 18. 24, 1. 49, 18. 53, 6. al.

Sed cum verear ne in his nugis tractandis longus sim, iam ad alteram rem propositam accedam et de ratione qua auctor in a d f e r e n d i s a l i o r u m s c r i p t o r u m l o c i s usus sit loquar. Neque vero multa multorum poetarum et scriptorum testimonia, quae ad sententias illustrandas adfert intellego, sed parvum illorum numerum quibus orationem graviorem, ornatiorem, elegantiorem reddere vult. Qui loci cum ab Henrico Herselio libello a. MDCCCLXXXIV. Berolini publice defenso, quo ostenditur qua in citandis scriptorum et poetarum locis

auctor libelli περὶ ὕψους usus sit ratione, diligentissime tractati sint, ad eam dissertationem lectores revocamus. De sex autem locis nobis agendum erit. Ac primum quidem tres exstant quibus poetarum verba ita laudantur ut eorum nomina e κατὰ praepositione pendentia in mediis versibus ponantur. Velut 67, 6 philosophus in illo sententiarum tenore quo verorum oratorum inopiae causam servitutem suae aetatis esse neque ullum servum oratorem fieri contendit, haec ad sententiam firmandam dicens inducitur: 'ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς' κατὰ τὸν Ὅμηρον 'ἀποαίνυται δούλιον ἦμαρ'. Quae verba in Odyssea (ρ 322/323) exstant. Verum Pseudo-Longinus duos versus qui ibi leguntur

ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρυόπα Ζεὺς
ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν

in unum contraxit. Haec sunt Herseli verba (p. 49.): 'in aperto est, cur Pseudo-Longinus ex duobus versibus Homericis — — — — — fecerit unum; cum enim hac sola sententia, servitutem abripere dimidium virtutis homini, uti vellet, omisso illo additamento mythologico, quod habemus apud Homerum, id tantum memoriae infixerat, quo continetur summa illius sententiae in versibus. Casu autem factum est, ut verba citata — — in versum hexametrum coirent; nec tamen adeo est mirum in verbis ipsis ex hexametris sumptis'. Alio loco scriptor Platonem non tantas virtutes adsecuturum fuisse dicit, nisi cum Homero de principatu omni vi certavisset. Tum pergit: 'ἀγαθὴ γάρ' κατὰ τὸν Ἡσίοδον 'ἔρις ἥδε βροτοῖσι'. Quae verba ab Hesiodo (Opp. 24) composita sunt (Herselius p. 18). Tertium locus Sophocleus a rhetore laudatur. Inter eos in quorum scriptis nimius tumor sit Clitarchum quoque esse dicit. Vilissimus, inquit, est et 'φυσῶν' κατὰ τὸν Σοφοκλέα 'μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Quae verba a Buechelero (mus. Rhen. XXXIX. p. 274.) Sophoclis Orithyae attribuuntur, cuius nomen ex Sophoclearum tragoediarum catalogo eximendum esse Wilamowitzius in Herm. 10, p. 334 contendit (Herselius p. 19: 'pro lubitu Pseudo-Longinum mutasse Sophoclis sententiam persuasum habeo').

Aliam rationem auctor in duobus reliquis locis laudandis secutus est. Itaque, postquam Homeri Demosthenis Platonis errores iis quae bene scripsissent longe superari contendit, omnem posteritatem ad eos victoriae praemia detulisse, delata integra servare ac servaturam esse dicit ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ (57, 1). Quem versum ut omnibus notum sine ulla introductione ponit. Ex eo autem quattor versuum epigrammate depromptus est, quod apud Platonem in Phaedro p. 264 C in Midam scriptum esse Socrates dicit (Herselius p. 6). Illi loco 16, 18 adnectimus, quibus auctor Homerum eodem modo quo Martem vel ignem furere dicit, cum ex ipsius Homeri Iliade versus O 605—607 parva mutatione facta adfert. (Herselius p. 17: 'Quam propter licentiam in citando sumptam non vituperabimus, sed laudabimus rhetorem orationi suae nitorem circumdantem'.) Alio modo 28, 22 Homeri verba citantur. Ibi auctor dicit Euripidem ingenium suum natura non celsum vehementius reddidisse. Quam vehementiam versibus Homericis ex Iliade (Y 170/171) depromptis depingere studet, quibus verba ὡς ὁ ποιητής praemittit. Eo autem loco Pseudo-Longinum servato δέ, quod sententiae repugnat, hiatum vitare Herselius p. 18 monet.

Ceterum hac in re ipsius Pseudo-Longini ope utamur, qui 28, 7 ἔκπληξιν sive ἐνάργειαν postulat (οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει [φαντασίας] τέλος ἐστὶν ἔκπληξις, τῆς δ' ἐν λόγοις ἐνάργεια, ἀμφότεραι δ' ὅμως τό τε * ἐπιζητοῦσι καὶ τὸ συγκεκινημένον); (cf. 2, 20); propterea sermo subitarius amatur. Idem 41, 17 laudat in Homero quod O, 348 subito Hectoris verba intulit sine ἔλεγεν δέ; hoc ipsum est cur etiam rhetor auctorum verba subito inicit et 28, 9 et 34, 26 al. Quin etiam 57, 1 asyndeton praetulit, ne poetae verba laederet.

Ex eodem inopinati studio etiam plura intelleguntur, in quibus immorari non possum, velut saepe genetivus ex substantivo suspensus huic substantivo praemittitur, item genetivus comparationis (9, 27 τῶν ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τοὺς δυναμένους ἔχειν; 45, 12 ἔστιν ἄρ' ὁ ἰδιωτισμὸς ἐνίοτε τοῦ κόσμου παρὰ πολὺ ἐμφανιστικώτερον al.).

Haec habui quae de ratione adferrem qua Pseudo-Longinus praecepta de tropica dictione data secutus esset. Si totum quod de ea ratione protulimus iterum animo percurremus, certe concedere non dubitabimus sublimitatis interpreti cum orationem suam tropica dictione sublimem reddere conatus sit, proinde ut meritus est successisse.

V.

Restat ut de quinto sublimitatis fonte, de compositione, agamus, qua duae partes continentur, compositio verborum et compositio membrorum orationis. Anonymus autem dicit (XXXIX., 1.), cum de iis rebus duobus iam libris egerit, id unum addendum esse, harmoniam non solum persuadendi et delectandi, sed etiam sublime dicendi et adfectus mirum adiumentum esse. Quam sententiam postquam pluribus verbis amplexus est, in loco quodam Demosthenico laudando dactylicos numeros ut generosissimos et pulcherrimos et ad magnitudinem efficiendam aptissimos commendat. Neque igitur aliter iudicat quam Dionysius Halicarnasseus, qui dactylis maxime magnificentiam effici dicit (de comp. verb. c. 22.), cum constet Aristoteli eos ampliores visos esse (rhet. 3, 8.). Capite XL rhetor de numeris loqui pergit; orationis membra in unum periodum coacta numerorum vinculis concludi, ac multos poetas qui altis animis non fuerint, multum debere numerosae orationis compositioni.

Tum duobus Euripidis locis adlatis in fine capitis paulum obscuro numerum non brevibus syllabis festinantem, sed eum mihi videtur commendare qui syllabis non solum natura, verum etiam positione longis tardetur. Nam si ita finem capitis XL interpretamur, bene cum iis congruit quae capitis XLI initio adferuntur. Ibi auctor nulla re sublimitatem tantopere imminui dicit quam numero fracto et celeri, ut pyrrichiis, trochaeis, dichoreis. Cum autem trochaeos illis quibus auctor fuit temporibus plerumque non pedes quorum syllabam longam brevis sequitur sed tres syllabas breves, quas tribrachym dicere consuevimus, intellegerent, choreum autem illum quem trochaeum appellare solemus, hi tres pedes ab eo reiciuntur:

◡◡, ◡◡◡, –◡–◡. Iis enim numeris orationem nimis numerosam fieri contendit, neque auditores ante periodi finem quis eius exitus futurus sit ignorare.

Eodem capite monetur, ne membra orationis maiore numero verborum quae brevia et paucarum syllabarum sint nimis incidantur. Ea fere a rhetore de orationis numeris exponuntur. Itaque cum non ignotum sit a multis scriptoribus et Graecis et Latinis de variis numeris et quo quisque loco valeret actum esse, nostrum est ostendere, quatenus Pseudo-Longinus praecepta quae de numeris dedit ipse observaverit et quo modo orationem numerosam reddiderit.

Itaque si primo loco quaerimus, num scriptor saepe brevibus verbis usus sit, primo libri capite inter 312 vocabula 125 reperimus quae singularum syllabarum sunt. Id quod non tam mirum ei videbitur, si quis consideraverit in Graeco sermone permagnum numerum particularum — et earum saepe encliticarum — quae singularum syllabarum sint, exstare. Eodem capite 77 vocabula quae binarum syllabarum sunt leguntur; ternarum syllabarum vocabulorum numerus minor est, cum eius generis nisi 54 non inveniantur. Dimidia fere pars iis vocabulis formatur quae quaternas et quinas syllabas habent; illa enim 25, haec 26 sunt. His quattuor vocabula senarum syllabarum adnectenda sunt et septenarum unum.[1])

Verum maioris momenti quam enumeratio syllabarum ea quaestio est qua interrogamus quo modo rhetor singula verba iuxta posuerit et utrum saepe magnum numerum vocabulorum unius vel duarum syllabarum coniunxerit necne. Itaque eodem capite primo semel tantum vocabula singularum syllabarum vel binarum eo ordine leguntur, ut 20 syllabas efficiant. Nec saepius eadem verborum compositione duodenae, undenae, denae, novenae, octonae syllabae explentur. Sed quater septenarum, quinquies senarum, sexies quinarum, decies quaternarum, quater decies ternarum syllabarum series monosyllabis vel bisyllabis vocabulis iuxta positis formatur. Itaque sex illis locis quibus non amplius 70 syllabae continentur,

[1]) Octonarum syllabarum vocabula e. g. haec adfero: 3, 8 κατασκελετευόμετα, 17, 2 προσεπιθεωρητέον 27, 21 παρασκευαστικώταται.

39 loci opponendi sunt quibus 170 syllabarum numerus efficitur. Ergo statuendum est auctorem brevium vocabulorum concursum quantum potuerit vitavisse.

His expositis iam ad graviorem quaestionem transeamus et de numeris qui in oratione auctoris insunt agamus. Qua in re tractanda cum totum librum in quaestionem disceptationemque vocare nollemus, in novem priora capita inquisivimus numerosque qui commemoratione digni videbantur collegimus et ita disposuimus, ut primo loco de iis diceremus qui in mediis enuntiatis sunt, altero de iis quos enuntiationum clausulae exhibent. Etiam in hac quaestione instituenda valde iis adiuti sumus quae Birtius (l. l. p. 187) de Democriti genere dicendi scripsit.

Ac primum quidem in mediis enuntiatis numeros dactylicos, quos ab auctore nobilissimos et magnitudinis efficientes appellari vidimus, his repperimus locis: 10, 6 verbis ἀκουόμενόν τι dipodia catalectica in duas syllabas, cui adonius versus nomen est, formatur. Tripodia catalectica in syllabam duobus locis exstat: 2, 21 εἴ γε τὸ μὲν πιθανόν et 15, 3 δάκρυα δεσμὰ πάθη, cum tripodia catalectica in duas syllabas verbis quae 2, 28 leguntur: τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθύς efficiatur. Bis magna dactylorum coacervatio nobis obvia est, 10, 7 ubi tripodiam catalecticam in syllabam πρὸς μεγαλοφροσύνην et tetrapodiam catalecticam in duas syllabas ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ reperimus, et 10, 19, ubi post adonium πηγαί τινές εἰσιν tetrapodia acatalectica auditur: τῆς ὑψηγορίας γονιμώταται. Tetrapodiam autem catalecticam in syllabam 10, 17 nobis videmur legere: τὴν ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ. Quin etiam 27, 20 pentapodia ab auctore ficta est: ὄγκου καὶ μεγαληγορίας καὶ ἀγῶνος. Cui loco addamus 16, 7, ubi spondei pede dactylico interrumpuntur: αὐτῷ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐπέχει.

Multo autem pluribus locis auctoris oratio iambicos pedes continet. Quamquam ipse Pseudo-Longinus de eo numero non loquitur, tamen puto ex eo quod in fine capitis XL, postquam locum Euripideum laudavit, de numero non nimis festinante dicit, posse concludi eum praetulisse ea metra iambica quae certis locis spondeum pro iambo exhibent. In enumeratione

5*

autem illorum locorum a brevioribus metris ad maiora progrediamur. Itaque tripodia catalectica vel penthemimeres 1. 2 statuenda est: ὡς οἶσθα κοινῇ. Acatalecticam tripodiam quam creticus sequitur 14, 12 legimus: ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς ἀνα[ρρηγνυμένης, alteram eodem versu: ἀναρρηγνυ]μένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς. Dimetri catalectici, qui versus anacreonteus appellatur, duae formae exstant, altera 18. 4: γῆρας δ' ὅμως Ὁμήρου, altera 9, 7: κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν. Ad eas hephthemimeres adnectenda est, quae maiorem trimetri partem continet, eiusque duo exempla leguntur: 2, 10 φέρε, εἴ τι δὴ δοκοῦμεν et 7, 11 οἱ μὲν τριάκοντα ἔτεσι. Acatalecticus dimeter quattuor locis nobis occurrit. Atque uno quidem loco (10, 5) primus pes anapaestus est, reliqui iambi sunt: ὅταν οὖν ὑπ' ἀνδρὸς ἔμφρονος, altero loco (18, 7) bini iambi ternas syllabas breves sequuntur: μεγαλοφυῆ παρατρέπεται, tertio primus spes spondeus est, tertius anapaestus: 1. 4 τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, quarto extremus pes anapaestus est: 2, 14 γράφων δὲ πρός σε, φίλτατε, τὸν [τῆς παιδείας ἐπιστήμονα.

A dimetris ad pentapodiam s. versum quinarium progredimur, cuius catalectica forma 6, 5 iambis et anapaestis efficitur: τί ποτ' οὖν τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; Acatalectica forma 14, 3 exstat, ubi iamborum cursus spondeis interrumpitur: οὐκ]ἔθ' εὑρήσουσιν ἐν κόσμῳ τόπον et 3, 2: ἡμῖν δ' ἐκεῖνο διαπορητέον.

Iam complures loci adferendi sunt, quibus toti trimetri iambici reperiuntur, quorum partes apud rhetorem exstare modo vidimus. Cum autem verba Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε (1, 2) nisi falsam speciem trimetri iambici non praebeant, perfecti trimetri iambici quattuor ab auctore in hac orationis parte positi sunt: 7, 9 Μακεδόνος ἡ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγκρισις, quem versum pes iambicus (γε τοῦ) antecedit; 12, 4 ὡς οὐδὲν οὕτως ὡς τὸ γενναῖον πάθος; 12, 9 ὅμως καθ' ὅσον οἷόν τε τὰς ψυχὰς ἀνα[τρέφειν; 18, 17 κωμῳδία τίς ἐστιν ἠθολογουμένη, qui versus ob id quoque dignus est qui commemoretur, quod ibi exstat ubi auctor de comoedia dicit, quae magna ex parte ex trimetris consistit.

Semel (16, 6) heptapodia vel septenarius catalecticus statuendus est: Ὅμηρος] μὲν ἐνθάδ(ε) οὔριος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν. Octonariis autem versibus iambicis auctor tribus in

hac de qua agimus parte libelli videtur usus esse, ex quibus unus catalecticus est: 18, 10 καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ναυαγίου δέχ' ἡμέρας ἄσιτον, cum duo pleni sint hi: 6, 3 τὸ δὲ μειρακιῶδες ἄντικρυς ὑπεναντίον τοῖς μεγέθεσι et 14, 4 ὑπερφυᾶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα.

Reliquos numeros minus saepe apud rhetorem repperimus. Ac primum quidem de trochaico metro locuturi monemus trochaeos et dichoreos a Pseudo-Longino vituperari (62, 22). Neque igitur mirum est, quod in novem prioribus libelli capitibus nisi sex locis numeri trochaici non exstant, qui ea quoque de causa vituperari non debent, quod non ubique puri trochaei sunt. Dimeter autem catalecticus 9, 22 exstat: εἰδέναι χρή, φίλτατε. Acatalecticum dimetrum 9, 13 repperimus: δείξομεν δ' ἐν τοῖς ἔπειτα, cum duobus locis tetrameter catalecticus s. septenarius legatur, quorum alter (11, 21) tertio pede falsum spondeum exhibet: τὸν μὲν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει, alter hic est: 17, 20 οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλλήλων παθῶν. Ceterum vitiosa dichoreorum coacervatio est 1, 4: ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζ[εσθαι] τὸν γράφοντα et 2, 1: πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο καὶ δι' ὧν τι[νων μεθόδων.

Trochaei nos ad creticos ducunt, cum metrum quod e duobus creticis consistit dimetrum trochaicum, cuius secunda positio et quarta suppressae sunt, accuratius rem inspicienti adaequare videatur. Cuius numeri, quem rhetoribus inde a Thrasymacho semper adamatum fuisse satis constat, haec exempla ex novem illis capitibus adferre possumus. Tres deinceps puri 2, 6 occurrunt: πλὴν ἴσως τουτονὶ μὲν τὸν ἄν[δρα et 2, 16: ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις λόγων. Cretici et paeones — constat paeones creticos esse quorum altera syllaba longa dissoluta est — in verbis ἔστιν] ὡς ἀληθῶς τὸ πάθος [Αἴ]αντος, οὐ[γὰρ ζῆν] εὔχεται (16, 10) coniuncti sunt. Etiam 12, 5 paeones et cretici mixti sunt: ὥσπερ ὑπὸ[μανί]ας τινος[καὶ πνεύματος ἐνθουσι]αστικῶς [ἐκπνέον καὶ οἱονεὶ [φοιβάζον] τοὺς λόγους. Cum eo loco cretici a paeonibus compluribus syllabis secludantur, 3, 14 paeones ipsum pedem creticum sequuntur: ἄσκη]σίν τε καὶ χρῆσιν ἱκανὴ παρορί[σαι καὶ συνενεγκεῖν] ἡ μέθοδος. Cognatio autem trochaeo-

rum et creticorum inde quoque intellegitur, quod alii cum aliis coniunguntur.

Velut 16, 2 legitur: εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ [γράψας] τῶν νόμων, ubi potest dubitari an synizesim τῇ εἰσβολῇ patiantur verba. Neque igitur est quod miremur trochaeos, si cum creticis coniunguntur, etiam inter paeones misceri. Atque ita 3, 13 trochaeus bis paeonem sequitur: τὰς δὲ ποσότητας καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστου, quo loco auctor repetitione numeri adsequitur, ut oratio pulchra et numerosa evadat. Nec solum cum creticis aut paeonibus, sed etiam cum palimbaccheis, quippe qui e paeonibus deriventur, trochaei coniunguntur, velut 13, 1 duo trochaei, qui spondeo alter ab altero seiuncti sunt, duos palimbaccheos sequuntur: τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον. Cum semel de baccheis et palimbaccheis disseramus, iam paucos locos adferamus quibus auctor in hac quam tractamus libelli parte iis usus est. Itaque palimbacchei ut 13, 1 cum trochaeis, ita 8, 10 cum paeonibus coniuncti sunt: Τίμαιος ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμενος. 9. 19 tres deinceps palimbacchei puri occurrunt: πολ]λῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα, cum dimeter baccheus 5, 13 exstet: γελᾶται γράφοντος.

Iam tres locos adferamus quibus choriambi inveniuntur. Bini enim 15, 17 (θεσμοθέτης οὐχ ὁ τυχών) et 17, 5 (λείψανα τῶν Ἰλιακῶν) occurrunt, cum 10, 10 tres deinceps sequantur (μέχρι μόνης τῆς ἀκοῆς σῳζόμενον). Uno loco duo ionici nobis obvii sunt: 6, 2 τὸ μὲν οἰδοῦν ὑπεραίρειν. Iam vero hanc quaestionem numerorum in mediis enuntiationibus positorum ad finem ducimus, cum duos locos quibus numerus logaoedicus cognoscitur commemoramus. 2, 26 auctor metro pherecrateo utitur: ἐκ] φαινομένην ὁρῶμεν, cum 4, 11 duo deinceps glyconei, secundus primum, sequantur: τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων ἡγήσαιτο θεωρίαν.

Quibus expositis de nonnullis clausulis enuntiationum quae in prioribus novem capitibus exstant disseramus et ostendamus, qui numeri iis contineantur, quamquam Pseudo-Longinus clausulas nisi uno loco (63, 6 καταλήξεις) non attingit nec separatim de iis agit.

Itaque primo loco creticos adferamus. Bini autem cretici puri raro, scilicet his reperiuntur locis: 1, 6 δυ]εῖν ἀπαιτουμένων.

2, 12 συνεπικρι]νεῖς ἀληθέστατα. 2, 14 τὸν παιδεί]ας ἐπιστήμονα. 9, 5 τοῖς λόγοις αἰτίαν. 9, 13 καὶ τὰ πληθυντικά. 9, 29 λό-]γοις ἐπισκεπτέον. 10, 21 αὐ]τῶν ἅπασιν δοκῇ. 12, 11 γενναί-]ου παραστήματος. Duobus locis paeones creticis antecedunt, id quod concitatius est: 9, 26 ἀγαθὸν οὐ μέτριον et 17, 2 προσ-]επιθεωρητέον, cum semel (10, 21) paeon creticum sequatur: ἐν] τῷ λέγειν δυνάμεως.

Tribus locis quos iam adfero cretici vel paeones molossos sequuntur: 2, 4 πειρᾶται δεικνύναι. 2, 6 ἀ]ναγκαῖον παρέλιπεν. 6, 16 οὐκ ἐξεστηκότας. 12, 6 φοιβάζον τοὺς λόγους. 9, 16 ἐκφεύγειν δυνάμεθα, cum quater creticus choriambum excipiat: 2, 25 ἐξ ἑνὸς οὐδ' ἐκ δυεῖν. 6, 17 ἡ]μῖν ἀπόκειται τόπος: 7, 4 παιδαριωδέστατον. 11, 1 αὐθιγενεῖς συστάσεις. 2, 5 paeon choriambum sequitur: πο]σὴν μεγέθους ἐπίδοσιν. Ad illam clausulam spectat ea de qua modo egimus (2, 6 ἀ]ναγκαῖον παρέλιπεν). In quo consilium auctoris non agnosci non potest.

Si ad dactylicum numerum transimus, semel dactylum reperimus, qui cum spondeis mixtus hexametri dactylici finem efficit (11, 2): αἱ λοιπαὶ δ' ἤδη καὶ διὰ τέχνης. Duobus locis spondei cum baccheo coniunguntur, semel cum puro: 8, 7 αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, quamquam etiam tripodia iambica catalectica intellegi potest, semel cum eiusmodi pede, cuius prior syllaba dissoluta est: 8, 11 ψυχρὸν κατέλιπεν.

Magnus est numerus locorum quibus orationis membra dichoreis clauduntur. Quorum duobus una syllaba longa in duas breves dissoluta est, prioris chorei 9, 28: ὑπερορῶντας, posterioris 15, 1: σῴ]ζοντα τὸ πρέπον, cum ceteris locis puri chorei legantur: 4, 9 ἐκμαθεῖν δεῖ. 5, 12 ἁρμόσειεν. 6, 7 ψυχρότητα. 10, 18 ἀν]αμφίλεκτον. 10, 22 χωρὶς οὐδέν. 16, 1 κἀξέφηνεν. 17, 20 λαμβάνοντα. Tribus autem deinceps trochaeis sententiae finiuntur quattuor locis; velut 12, 3 πάνυ διηπάτηται legitur, quorum trochaeorum primus syllabam longam in duas breves dissolutam exhibet, cum tripodia acatalectica ithyphallica forma induta sit his locis: 4, 1 οὔ]τω δὲ καὶ χαλινοῦ. 10, 13 καὶ δυσεξάλειπτος. 14,14 κόσμου λαμβάνοντος.

Plurimis locis trochaeum molossus sequitur, id quod

scriptoribus multis gratissimum fuit.[1]) Puri autem trochaei et molossi his exstant locis: 2, 18 εὐκλεί]αις τὸν αἰῶνα. 3, 9 ἑτέρ]ως ἔχον φημί. 3, 12 πάν]των ὑφέστηκεν. 5, 8 ἢ δεδείνωται. 5, 11 οἴ]δεῖν ἀσύγγνωστον. 5, 13 μᾶλ]λον τὰ Κλειτάρχου. 5, 22 ξηρότη]τος κατάγνωσιν. 6, 9 καὶ κακόζηλον. 8, 1 γρά]φει πολιτείᾳ. 9, 4 πρὸς τὸν αἰῶνα. 9, 18 πρᾶγμα δύσληπτον. 9, 21 ἀδύνα]τον πορίζεσθαι. 10, 9 εἰς ἀπαύξησιν. 10, 14 ἀρέσκ]οντα καὶ πᾶσιν. 11, 5 πεποι]ημένη λέξις. 12, 9 μᾶλλον ἢ κτητόν. 12, 13 μεγαλοφροσύν]ης ἀπήχημα. 12, 16 πάν]τως ἀναγκαῖον. 12, 17 φρόνημα καὶ ἀγεννές. 13, 8 γῆς διάστημα. 13, 13 ἀλλὰ μισητόν. 14, 3 τῶν θεῶν ἵπποι. 15, 9 ἄκρα]τον παρίστησιν. 15, 10 τοῦ Ποσειδῶνος. 16, 15 ἀντιτάττηται. 17, 1 τῆς Ὀδυσσείας. 17, 9 ἡ Ὀδύσσεια. 18, 3 καί τινων ἄλλων. 18, 13 τὴν Ὀδυσσείαν.

Pseudo-Longinus 8, 18 locum Platonicum (de legg. VI p. 778 D.) laudat, ubi philosophi verba haec sunt: περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔγωγ' ἂν τῇ Σπάρτῃ ξυμφεροίμην τὸ καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη καὶ μὴ ἐπανιστάναι. Verum auctor, ut locos alienos mutare solet, hunc etiam variat, cum praeter alia non ἐπανιστάναι, sed ἐπανίστασθαι scribit. Possumus cum Herselio (l. l. 29.) rem ita explicare ut dicamus memoriter lapsum esse rhetorem pro activo ἐπανιστάναι afferentem ἐπανίστασθαι. Sed cum molossum cui trochaeus antecedit saepissime ab eo in clausulis poni modo viderimus, cogitare possumus de industria a Pseudo-Longino ἐπανίστασθαι scriptum esse, ut ille numerus efficeretur. Nam etiam 8, 16 ex Platone eodem numero assumpsit κυπα]ριττίνας μνήμας (de legg. V p. 741 C.); maxime autem conferendus est aeque formatus locus 9, 12: ἐναντί]ων καθίστανται.

Aliis locis longae eorum numerorum syllabae in duas breves dissolutae sunt. Itaque trochaei longa syllaba bis dissolvitur: 5, 11 ἐπι]δεχομένῳ στόμφον et 5, 24 εὐ]γενὲς ἁμάρτημα. Molossi autem prima syllaba longa dissoluta est hisce locis: 2, 8 ἄξιον ἐπαινεῖν. 4, 10 χρηστομα]θοῦσιν ἐπιτιμῶν. 5, 15 ἀλλὰ μετέωρα. 5, 23 τοῦθ' ὑποφέρονται. 16, 13 εἶχε

[1]) De hac clausula et similibus subtiliora dedit W. Meyer in Göttinger gel. Anz. a. MDCCCXCIII., n. 1.

διαθέσθαι. Bis molossi alterius syllabae longae loco duae breves exstant: 2, 21 κρα]τεῖ τὸ θαυμάσιον et 5, 20 δυσφυλακτότατον.

Restant loci qui clausulas iambicas exhibent. Quarum brevissima 7, 2 est, ubi uno vocabulo dipodia formatur ἐκ-] λελειμμένων. Duas tripodias iambicas repperimus, alteram quae iambos puros continet 10, 24: ἐνθου]σιαστικὸν πάθος, alteram ea forma indutam, quam Hermannus ischiorrogicum appellavit: 9, 8 κα]κὰ γεννᾶσθαι φιλεῖ. Dimetris iambicis auctor his locis orationis membra clausit: 3, 3 ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη. 9, 23 καταφρονεῖν ἐστιν μέγα. 11, 7 ἀξιώμα]τι καὶ διάρσει σύνθεσις. 13, 2 αἰῶ]νος ἐξενεγκεῖν ἄξιον. 17, 19 ἐνταῦθα σῴζει τὸν τόνον. Qui 17, 14 exstat dimeter iambicus, in eo tertii iambi munere fungitur dactylus: ταύ]την δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν, cum is qui 6, 2 legitur: οὐδέν γάρ φασι ξηρότερον ὑδρωπικοῦ trimetri iambici exitum efficiat. Quem versum Herselius (l. l. p. 21) suspicatur sic sonuisse: οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικοῦ.

Iam si ad totam quam de numeris instituimus disputationem respicimus et quaerimus quid ad rem valeat, id certe cognovimus auctorem cavisse ne saepius iis numeris uteretur, quos vituperandos putabat. Concedendum quidem est eum hic atque illic orationem ita finxisse ut pyrrichii, trochaei, dichorei vitiose repeterentur, verum ea exempla tam raro occurrunt, ut inter vitia numeranda sint quae ab auctore omnibus scriptoribus, si altas sententias praebent, condonantur. Contra negari non potest Pseudo-Longinum orationem suam variis numeris — in quibus dactyli quoque ab ipso commendati reperiuntur — optime et pulcherrime exornavisse, quamquam in eo quoque studio nonnumquam longius prolapsus est totosque versus in oratione posuit, ut iis locis eum poema dissolutum lectoribus praebere non iniuria dicas. Sed si ab his discesseris, quae magni animi vitia sunt, non dubitabis concedere auctorem praecepta sua etiam in ea re secutum esse. Itaque in fine huius de numeris disputationis aptissime iudicium adferamus quod Morus in praefatione editionis (p. XIII.) de Pseudo-Longino facit: 'Sic' — inquit — 'numerosus est, ut vix temperare tibi inter legendum possis,

quin alta voce quaedam recites: adeo cursim feruntur omnia et provolvuntur.'

Iam ad extremam totius dissertationis partem transeamus ac de compositione sententiarum agamus. Neque huius compositionum generis multa auctor dedit praecepta, verum, quoniam duobus libris id iam tractaverat, pauca tantum de eo attulit. Illa enim comparatione nobis non ignota, qua orationem cum corpore, orationis membra cum corporis membris comparat, periodum quae dissoluta et in complures partes dispersa sit sublimitatis nihil in se habere dicit, cum tota periodus sublimis fiat, si singula membra in unum coniungantur (XL, 1). Ad quae capite XLII addit nimia orationis brevitate — eam brevitatem dicit quae solorum membrorum vel incisorum usu efficitur — orationem eodem modo quo immodica longitudine minui. Haec fere a scriptore de sublimi compositione sententiarum exponuntur. Neque omnino veteres in eam rem tam penitus inquisiverunt quam in numeros orationum. Recentiores vero eam quaestionem accuratius tractaverunt, velut Ludolphus Dissenus dilucidam de structura periodorum oratoria dissertationem scripsit et Volkmannus in libro qui de arte rhetorica Graecorum et Romanorum agit itemque Blassius in libro quem de eloquentia Graeca scripsit subtiles de ea observationes in lucem protulerunt. Quorum imprimis scripta secutus nonnullas libri periodos elegi earumque structuram exanimavi, et quamquam non negari potest Pseudo-Longinum — ut Vahleni verbis utar — immensa orationis amplitudine se iactare solere, ut nonnumquam ipse in periculum se inmittat, a quo dicendi artis studiosos revocare vult, tamen hoc ei dandum est magnas illas periodos non sine arte aedificatas esse. Quae res ut demonstretur iam mihi liceat primam libri periodum, quae capitis primi initium est, per partes explanare et ostendere, quam artificiose singula membra inter se respondeant.

Atque illa quidem periodus qua scriptor exponit, cur sublimitatem tractandam susceperit, in duas magnas partes, quarum altera alteri respondet, divisa est. Prior autem, cui μὲν particula praemissa est, usque ad ἐπαινεῖν 2, 8 pertinet, posterior,

cuius δὲ ad prioris μὲν spectat ἐπισκεψώμεθα vocabulo finitur. Illa autem, quae longe maior est, scriptor de libro quem Caecilius de sublimitate scripsit iudicium fert, hac librum suum amico, qui se ad librum scribendum incitaverit, commendat. Atque illam quidem partem ita instituit ut sententiam primariam quae octo colis continetur, primo loco ponat, sententias ei inservientes eiusque causam adferentes, quae ex octo colis illis octo respondentibus composita est, post eam collocet. Contra posterioris partis sententia primaria, quae duobus membris continetur, sententiam ipsi inservientem ipsamque praeparantem, quae ex duobus colis composita est, sequitur. Ita bis octo colis bis duo opponuntur. Sed hic ordo duobus colis turbatur, quibus sententia πλὴν ἴσως μὲν τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τῶν ἐκλελειμμένων ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν (2,6—2,8) continetur. Ea enim sententia inter duas illas partes quas modo distinximus interposita est. Qua oppressa cum sententiarum tenor non deleatur — nam nisi ad severitatem iudicii quod de Caecilio latum est mitigandam non inservit — parenthesim eam iure dicere possumus, quae ad immutandum ordinem modo a nobis monstratum nihil valeat. Neque vero id omittimus dicere, etiam eam parenthesim e duobus membris consistere. Iam vero si ad prioris partis sententiam primariam revertimur, eius quoque octo membrorum duas partes discernimus, posteriorem, quae primariam sententiam exhibet et quattuor membris continetur, priorem, quae sententiam posteriorem praeparat et ex quattuor colis composita est. Atque iterum quattuor huius praeparantis sententiae membra optime in duas partes dividuntur, quarum utraque bina cola continet. E duobus enim prioribus membris comperimus Caecili librum exstare qui de sublimitate agat. Hunc librum scriptorem una cum Postumio Terentiano amico quem adloquitur examinavisse ex alteris binis colis cognoscimus. Tum auctor quinto et sexto membro dicit sibi eum librum nec propositae rei satisfacere neque opportuna attingere visum esse. Deinde septimo et octavo membro addit Caecili librum non magnam utilitatem, quae scriptori maxime petenda sit, lectoribus praebere. Illa autem primaria sententia prioris partis

est. Sequitur octo membris sententiarum tenor quibus illa confirmatur et clarius exponitur. Etiam haec posterior pars facile in duas partes dividitur, quae illis de quibus modo diximus bene respondent, cum sententiae, quae primariae inserviunt, primo loco positae sint, eae quibus inserviunt, sequantur. Atque eius quidem partis primo membro omnis de arte aliqua disputatio duo postulare dicitur, quorum prius, quo explicatur de qua re agatur, secundo membro exponitur, cum ex quarto intellegamus alteram esse quaestionem quomodo et quibus artibus illa res in possessionem nostram venire possit, quam rem ordine tantum, non vi posteriorem esse e tertio membro cognoscimus. Quae cum ita sint, tamen auctor quinto membro et sexto dicit Caecilium naturam sublimitatis tamquam apud inscios pluribus verbis explicavisse, cum eam quaestionem qua cognoscatur quomodo naturam nostram ad quendam magnitudinis gradum provehere possimus quasi non necessariam omiserit, id quod septimo membro et octavo exponitur.

Iam illa pars sequitur, quam parenthesim esse supra statuimus. Cuius duobus membris Caecilium fortasse earum rerum quas omiserit non tam accusandum quam ob studium et industriam laudandum esse scriptor dicit. Posterior vero totius periodi pars, quae parenthesim sequitur et e quattuor colis consistit, priori contraria est, cum sententiae quae primariae inserviunt ei antecedant, haec ipsa postero loco posita sit. Nam postquam auctor primo et altero membro dixit se amici admonitione et adhortatione ad librum de sublimitate scribendum commotum esse, tertio et quarto ipse ab amico petit ut secum examinet num quicquam oratoribus utile scripserit.

Ex his quae de primae periodi structura attuli facile intellegi opinor scriptorem magna arte in ea aedificanda usum esse. Quam artem magis etiam cognitum iri puto, si ad syllabarum ex quibus singula membra constant numerum spectaverimus. Cum enim bina prima cola viginti duabus syllabis efficiantur, tertium et quartum viginti quinque, quintum et sextum viginti novem, septimum et octavum triginta una continentur. Ita parva quidem gradatio a minore ad maiorem nume-

rum syllabarum cernitur. neque vero ea gradatio vituperanda est, immo sententiarum tenor bene longiore membro finitur et terminatur. Priora autem quattuor membra posterioris partis prioris periodi, excepto secundo quod quattuordecim syllabis continetur, omnia septendecim syllabis efficiuntur.[1]) Deinde duo cola octodecim syllabarum sequuntur, quibus quattuordecim syllabae extremi coli respondent. Quo pulchrior autem et plenior oratio evaderet, ante illud membrum aliud quod viginti quinque syllabis efficitur positum est. Cum autem in parenthesi non tanta aequabilitas membrorum sit — nam alterum

---

[1]) De aequo membrorum syllabarum numero quoniam agimus, in transcursu addamus compluribus locis orationem auctoris tali p a r i s o s i quae vocatur exornatam esse. Itaque e. g. sententias adfero quae 56, 13 exstant:

καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοὺς χρωμένους ἀνθρώπους ἐλέγχει,
τὸ δ' ὕψος ἐγγὺς αἴρει μεγαλοφροσύνης θεοῦ·
καὶ τὸ μὲν ἄπταιστον οὐ ψέγεται,
τὸ μέγα δὲ καὶ θαυμάζεται.

Ibi duo priora membra quinas denas syllabas exhibent, posteriorum alterum decem, alterum novem. Verum non solum parisosis exemplum praebetur, sed etiam duarum antithesium et earum valde simplicium, cum sententia affirmativa negativam sequatur. Nec fugiet quemquam duabus antithesibus quarum initiis anaphora aliqua latet (καὶ τὰ μὲν — καὶ τὸ μὲν) aequales sententias contineri. Accedit quod in altera antithesi h o m o i o t e l e u t o n (οὐ ψέγεται — θαυμάζεται) exstat.

Similibus rationibus — subtiles Birtii observationes adfero — auctor fortasse commotus est, ut 9, 12. ante ὑπερβολαί vocabulum αἱ articulum omitteret, qua re similis vocabulorum sonus evasit: αἱ μεταβολαὶ — καὶ ὑπερβολαί. Etiam 11, 9 verba exstant digna quae hic commemorentur. Ibi enim auctor, cum ἀμέλει vocabulum in fine sententiae posuit, qui locus eius vocabuli a consuetudine abhorret, non solum effecit ut duo membra totidem syllabis continerentur, sed etiam idem numerus evaderet:

ἔστιν ἃ παρέλιπεν
καὶ τὸ πάθος ἀμέλει.

Optime autem quae scriptoris ratio in oratione formanda fuerit ex eo intellegitur quod 16, 3 verba ex Genesi assumpta, antequam in librum de quo agimus insererentur, omnino immutata sunt. Nimirum Pseudo-Longinus eam mutationem fecit, ut duo sententiae membra simillima essent:

'γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο·
γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο'.

e viginti tribus, alterum e septendecim syllabis consistit — bina membra partis posterioris totius periodi concinne structa sunt, cum eorum prioribus octona, posterioribus vicenae singulae vel vicenae binae syllabae contineantur. Sed ut haec disputatio magis perspicua fiat, hoc loco singula primae periodi membra adferam:

2	Τὸ μὲν τοῦ Κεκιλίου συγγραμμάτιον,	12	22	sententia primaria
	ὃ περὶ ὕψους συνετάξατο,	10		
2	ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν ὡς οἶσθα κοινῇ,	13	25	
	Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε,	12		
2	ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως	16	29	
	καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον,	13		
2	οὐ πολλήν τε ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζεσθαι τὸν γράφοντα,	21	31	
	περιποιοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν,	10		
4	εἴγ' ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυεῖν ἀπαιτουμένων,	17		sententiae inservientes
	προτέρου μὲν τοῦ δεῖξαι, τί τὸ ὑποκείμενον,	14		
	δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου,	17		
	πῶς ἂν ἡμῖν καὶ δι' ὧν τινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο	17		
4	ὅμως ὁ Κεκίλιος ποῖον μέν τι ὑπάρχει τό ὑψηλὸν	18		sent. inserv.
	διὰ μυρίων ὅσων ὡς ἀγνοοῦσι πειρᾶται δεικνύναι,	18		
	τὸ δὲ δι' ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν εἰς ποσὴν μεγέθους ἐπίδοσιν,	25		
	οὐκ οἶδ' ὅπως ὡς οὐκ ἀναγκαῖον παρέλιπεν·	14		
2	[πλὴν ἴσως τουτονὶ μὲν τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τῶν ἐκλελειμμένων,	23		parenthesis.
	ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν.]	17		
2	ἐπεὶ δὲ ἐνεκελεύσω	8	29	sent. inserv.
	καὶ ἡμᾶς τι περὶ ὕψους πάντως εἰς σὴν ὑπομνηματίσασθαι χάριν,	21		
2	φέρε, εἴ τι δὴ δοκοῦμεν	8	30	sententia primaria.
	ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρηκέναι χρήσιμον, ἐπισκεψώμεθα.	22		

22 | 22 || 4 | 4 | [2] || 22

Possum complura exempla artificiosae periodorum structurae adferre et tali modo exponere qualem ostendi; sed ne

longus sim neve omnia quae scriptor pulchre expressit meis verbis circumscribam, pauca exempla varie tractata sine explicatione in medio ponam.

Cap. I, 2 ex. — Cap. II, 4 ex.

αὐτὸς — μέρους ¦ ὡς — καθήκει ¦ συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα ¦ 3
εὖ γὰρ — ἀποφηνάμενος ¦ τί — ἔχοιμεν | εὐεργεσίαν — ἀλήθειαν ‖ 3
γράφων — ἐπιστήμονα ¦ σχεδὸν — προυποτίθεσθαι ¦ 2
ὡς — ὕψη | καὶ — ἐπρώτευσαν ¦ καὶ — αἰῶνα ‖ 3
οὐ γὰρ — ὑπερφυᾶ | πάντη — θαυμάσιον ¦ 2
εἴγε — ἐφ' ἡμῖν ¦ ταῦτα — προσφέροντα ‖ παντὸς — καθίσταται ‖ 3
καὶ — οἰκονομίαν ‖ οὐδ' — δυοῖν | ἐκ δὲ — ὁρῶμεν 3
ὕψος — ἐξενεχθὲν ¦ τά τε — διεφόρησεν ¦ καὶ τὴν — δύναμιν ‖ 3
ταῦτα — ὑφηγήσαιο ‖ 1.

33 ¦ 23 ¦ 23 | 33 ‖ 1.

Cap. II.

ἡμῖν — ἀρχῇ ¦ εἰ — τέχνη ¦ 2
ἐπεί τινες — διηπατῆσθαι ¦ τοὺς — παραγγέλματα 2
γεννᾶται — μεγαλοφυῆ ¦ καὶ — γίνεται | καὶ — πεφυκέναι ¦ 3
χείρω — οἴονται ¦ καὶ — καθίστανται ¦ ταῖς — κατασκελετευόμενα ‖ 3 = 10
ἐγὼ — φημί ¦ εἰ — φύσις | 2
ὥσπερ — αὐτόνομον ¦ οὕτως — φιλεῖ ¦ 2
καὶ ὅτι — ὑφέστηκεν | τὰς — καιρόν | ἔτι — χρῆσιν ¦ ἱκανὴ — μέθοδος ¦ 4
καὶ ὡς — τὰ μεγάλα ¦ ἐπὶ — λειπόμενα 2 = 10
δεῖ — πολλάκις ¦ οὕτω — χαλινοῦ ¦ 2
ὅπερ — βίου ¦ μέγιστον — εὐτυχεῖν ¦ δεύτερον — βουλεύεσθαι ¦ ὅπερ — θάτερον ‖ 4
τοῦτ' ἂν — εἴποιμεν | ὡς — ἐπέχει | ἡ τέχνη — εὐβουλίας ¦ τὸ δὲ — δεῖ ‖ 4 = 10
εἰ ταῦθ' — ἐπιτιμῶν ¦ οὐκ — θεωρίαν ‖ 2

22 33 | 22 42 | 2 44 ‖ 2.

Cap. XIII, 2 — XIV.

Etiam imitationem magnorum scriptorum et poetarum ad sublimitatem ducere: 33 = 6.

Inflammatio imitantium cum divina incitatione Pythiae comparatur: 3 (222) 3 = 6.

Exempla eorum qui Homerum imitati sunt: 4 2 = 6.

Ea imitatio non furtum, sed expressa formarum aut effigierum aut operum similitudo est: 1 1.

Plato magnum fructum ex imitatione Homeri, quocum de principatu certavit, cepit: 2 4 = 6.

Hesiodi adhortatio: 1.

Eius certaminis gloria: 2.

Itaque semper animo fingamus quomodo quae dicturi sumus magnos scriptores ea dicturos fuisse putemus: 3 2 = 5; quomodo si adessent nostra verba audituri videantur: 3 2 = 5; quo animo posteri ea lecturi sint: 3 2 = 5.

3 3   3 3   4 2 | 1 1   2 4   1 2 | 3 2   3 2   3 2.

Cap. XXXIV. Demosthenes cum Hyperide comparatur.

A. Si numero virtutes orationis aestimantur, Hyperides Demosthenem superat: 52, 11 — 54, 7.

I. Universe Hyperides Demosthenem numero virtutum orationis superare dicitur 52, 11 — 52, 16: 2 3.

II. Ea quae universe dicta sunt firmantur et comprobantur:

a. Hyperides praeterquam quod Demosthenem imitatus est, etiam Lysiae virtutes et venustatem adsumpsit 52, 16 — 54, 1;

1. propositio sententiae 52, 16 — 53, 3: 2;
2. expositio;

α. de simplici elocutione 53, 3 — 53, 5: 3;

β. de aliis virtutibus, inprimis de summa suavitate 53, 5 — 53, 11: 2;

γ. de aliis etiam virtutibus 53, 11 — 54, 1: 2.

b. Contra Demosthenes (54, 1 — 54, 7)

1. nullam earum virtutum habet 54, 1 — 54, 3: 2;
2. immo in contrarium currit 54, 3 — 54, 5: 2;
3. exemplum 54, 5 — 54, 7: 1.

B. Si veritate virtutes orationis aestimantur, Demosthenes, Hyperidem superat 54, 7 — 55, 3.

I. Sententiae primariae inservientes 54, 7 — 54, 13.

a. Euripidis virtutes magnitudine carent 54, 6 — 54, 10: 3;

b. Demosthenis virtutes magnitudinis plenae sunt: 54, 10 — 54, 13: 3.

II. Sententiae primariae 54, 13 — 55, 3;
a. Demosthenes oratores omnium aetatum quasi attonitos reddit et fulmine praestringit 54, 13 — 55, 1: 2;
b. eius adfectibus oculos obvertere nequis 55, 1 — 55,3: 2.
2, 3 | 2, 3, 2 2 | 2, 2, 1 || 3, 3 | 2, 2.

Cap. XXXIX, 1 u. 2. De quinto sublimitatis fonte.

§ 1. propositio: compositionem verborum sublimitati mirifice inservire: 1, 2;
§ 2. expositio:
A. Tibiam qui audiant ad numerum ire et cantum gressu imitari cogi: 1, 2;
B. Citharae sonis (quamvis non naturale hominum munus sint) eos qui audiant mirum in modum delectari: 2, 2;
C. Ergo compositione verborum quibus mens ipsa tangatur mire animos nostros delectari: 4, 1, 1.
1, 2 | 1, 2 | 2, 2 | 4, 2.

Caput XL. De periodis oratoriis.

Compositio membrorum oratoria cum corpore ex pluribus partibus coniuncto et cum multorum in unam summam collectione comparatur: 3 3 = 6 (§ 1)

Multos poetas aliosque scriptores quamvis plerumque vulgari oratione usi sint, sola compositione numerosa sublimitatem adsecutos esse. 2 3 1 1 = 6 (§ 2)

Caput XXII, 1 — τέχνην.

1 1 | 3 3 1 1 | 2 2.

Cap. XXXIII, 2—5

1, 2 | 1, 2 | 1, 2 | 3, 3 | 2, 1 | 3, 1 | 2, 2 | 1.

Cap. XXXV, 2—5

2 | 1, 2 | 2, 3 | 2, 1 | 2, 2 | 1, 2.

Cap. XLIV, 6 ῥᾴδιον — 11 ὠφελείας

4 | 4 | 2, 2, 2, 3 | 3, 2, 2, 2 | 3, 2, 2, 3 | 2, 2 | 2, 2.

Iam cum ad finem dissertationis pervenerimus, una res superest tractanda. Quoniam enim Pseudo-Longinus ipse capite XXXIII. docuit fieri non posse quin sublimis scriptor in parvis saepenumero laberetur, hoc ipsum quoque quatenus ad

eum pertineat in dissertatione quae de auctoris sublimi genere dicendi agit videndum est. Quam quaestionem cum non ignoremus gravissimam esse, tamen, ne in periculum longius progrediendi nos committamus, eam tantummodo perstringere in animo habemus. Peccavit autem Pseudo-Longinus non numquam — ut pauca adferamus — in phantasiis confusis, velut VIII, 1 fontium et fundamenti et XLIV, 10 bestiarum e carcere emissarum et inundationis imagines vitiose miscet, deinde in immensa amplitudine periodorum, qua eum se iactare iam supra vidimus, in structura sermonis nimis fortasse numerosi, cui compluribus locis totos versus inseruit, denique in eo quod sublimitatem etiam ibi adfectavit, ubi sicca materies sobrium sibi sermonem exigebat.

Verum tamen illa vitia et si quae praeter ea sunt, eadem liberalitate qua auctor in magnos scriptores usus est, ipsi concedamus. Nam si oculos et animum ad iter quod decurrimus retorquemus, demonstravisse nobis videmur scriptorem animum suum ad magnitudinem aluisse et provexisse et in libro quem de sublimitate scripsit adfectum ei accommodatum ostendere. Figuris autem et verborum et sententiarum eius orationem pulchre ornatam esse vidimus et vocabulorum copiam delectam multaque translate dicendi genera apud eum exstare. Ad extremum numerosum sermonem et artificiosam compositionem membrorum sententiarum admirati sumus.

Quae cum ita sint non dubitamus ad ea quae initio quaesivimus ita respondere ut ignotum scriptorem libri qui de sublimitate est praecepta ab ipso de sublimitate data ipso libro dicamus secutum esse.



Index libelli.



Corrigenda:

p. 8, 14	non	quae	sed	qua	legendum.
„ 13, 6	„	discerimus	sed	discernimus	legendum.
„ 13, 26	„	ἴσχὺν	„	ἰσχὺν	„
„ 18, 2	„	δέ	„	δὲ	„
„ 20, 19	„	γάρ	„	γὰρ	„
„ 22, 21	„	glycon	„	glycon.	„
„ 26, 23	„	ἐν	„	ἐν	„
„ 30, 24/25	non	locus hic	„	hic locus	„
„ 31, 9	non	αὖτοῦ	„	αὐτοῦ	„
„ 34, 10	„	qua	„	quae	„
„ 34, 14	„	oppisitis	„	oppositis	„
„ 35, 37	„	δ	„	δ'	„
„ 43, 10	„	parhomoisin	„	parhomoiosin	„
„ 47, 13	„	ὅν	„	ὃν	„
p. 47, 29	non	κατα μαραίνεσθαι	sed	καταμαραίνεσθαι	legendum.
„ 54, 4	„	λὸγους	„	λόγους	„
„ 55, 31/32		nos|stris	„	no-stris	„

Typis Gerstenbergiorum Hildesiae.


Freytag
157223


Digitized by Google

